ſanctum. ¶ Alia cauſa poteſt eſſe quia beata vir
go pro tunc erat in ſtatu viatricis ⁊ angelus in
ſtatu comprehenſoris ⁊ ideo pro tunc clariꝰ co-
gnoſcebat q̄ beata virgo: quia deum videbat fa
cie ad faciem. Beata autem virgo per ſpeculuz
⁊ in enigmate. Et ponitur iſta pro ſolutione vni
us rationis que poſſet fieri talis deus vicinior
erat cordi beate virginis ſm gratiam q̄ ange-
lice menti ḡ potiꝰ debuit trāſire illumīatio per
beatam virginem ad angelum q̄ econuerſo.
¶ Alia cauſa poteſt eſſe ſeu congruentie ratio:
quia incarnatio ⁊ generis humani redemptio
non tantum faciebant ad reparationem lapſus
humani. verumetiam ad reparationem angeli-
ce ruine: ⁊ ideo angeli beati non debuerunt ex-
cludi in miſterio incarnationis in quo fuit con-



curſus angeli annūciantis virginis ɔcipientis
⁊ verbi dei carnē aſſumētis. xix. ¶ Querit quare
xp̄s tm̄ diſtulit incarnari. So. Multiplex ē cā
vna ꝓpter manifeſtationē diuine iuſticie q̄ tan
tos clamores ⁊ luctus ſuſtinuit tāto tp̄e anteq̄
deſcenderet vt peccatum hominis puniretur.
¶ Alia cauſa vt homo de lege ſcripta ⁊ naturali
cōuinceretur ⁊ ſic comperto ꝙ nec ſic: nec ſic ſal
uari poterat cum omnes ad inferos deſcende-
rent conuictus confugeret ad diuinam gratiaz
⁊ ſic efficacius curaretur quoniam morbus ſpi-
ritualis non curatur efficaciter niſi cognitus.
¶ Alia cauſa propter incarnationis beneficium
amplius commendādum: quia quod diutius de
ſideratur precioſius reputatur dum obtinetur.
¶ Alia cauſa vt ſicut primus homo fuit condi-
tus ſexta die ad totius mundi complementum
ſic deus homo fieret in ſexta etate ad totius cre
ature perfectionem. xx. ¶ Per verbum enim in
carnatum facta eſt humani generis reparatio:
non quia aliter ſaluari non poſſet homo: ſed q̄a
nullus alius modus ita cōgruus fuit. Unde ma
giſter ſententiarum. Gratia tantum eſt aſſum-
pta illa anima. ⁊ illa caro a verbo dei. et auguſti
nus. xiij. de trinitate. In rebus per tempus or-
tis illa ſumma gratia eſt ꝙ homo in vnitate per
ſone cōiunctus eſt deo. ⁊ idem auguſtinus ibi-
dem de trinitate. Poterat vtiq; deus aliunde
hominem ſuſcipere in quo eſſet mediator dei ⁊
hominum non de genere illius ade qui peccato
ſuo obligauit genus humanum ſicut ipſuz quē
prius creauerat non de genere alicuius creauit
ergo de cōgruitate fuit ſic aſſumpta a filio dei
humana natura. Congruebat ille modus repa-
ratori quoniam decebat oſtendere ſuam potenti-
am ſapientiam ⁊ bonitatem. ¶ Quid enim po-
tentius q̄ coniungere duo extrema ſumme di-
ſtantia: id eſt creatorem ⁊ creaturam. Magna
enim fuit potentia in coniunctiōe diſpariū ele
mentorum maior in coniunctione illorū ad ſpi-
ritum creatum. Maxima in coniunctione illo-
rum omnium ad ſpiritum increatū vbi eſt ma-
xima diſparitas. Quid vero ſapientius q̄ quod
ad perfectionem vniuerſi fieret coniunctio pri
mi ⁊ vltimi: hoc eſt verbi dei quod eſt omnium
principiū humane nature que in operibus ſex
dierum fuit vltima omnium creaturarum: vt ha
betur Geneſis primo. Quid enim beniuolenti-
us q̄ ꝙ creator omnium reruz communicare ſe
voluit rebus creatis. Cōgruebat etiam ille mo-
dus ipſi reparabili: quia homo per peccatū cor-
ruit in infirmitatem maliciam ⁊ ignorantiam:
per que ineptus factus eſt ad virtutem diuinaz
imitandam: ad veritatem cognoſcendam: ⁊ ad
bonitatem diligendam: ⁊ ideo deus homo factꝰ
eſt per quod reddidit ſe homini imitabilem: co-
gnoſcibilem: ⁊ amabilem. Congruebat etiam il
le modus reparationi noſtre quo dominꝰ in for
ma ſerui procreauit ſalutem ſerui. Congruebat
enim finaliter quia ſicut preuaricator abſtule-
rat nobis deum reparator redderet nobis deū.
¶ Item vt prophetie adimplerentur. Vñ yſaie
lij. Ego ipſe qui loquebar ecce aſſum. Abacuch.
ſecundo capitulo. Apparebit in fine ⁊ non men
tietur. ¶ Item ad vitandum inconueniens quia
ſi dominus incarnari nō potuit neſciuit vel no-
luit. viderentur enim in ipſo impotentia ignoran-
tia: vel inuidia quod abſit. ¶ Item alia cauſa in-
carnationis de congruitate poteſt eſſe vt tanta
eſſet humilitas in redemptore quāta fuit ſuper
bia in preuaricatiōe: quia tanta ſuperbia fuit in
homine vt vellet eſſe vt deus. tanta autem hu-
militas in deo vt vellet fieri homo. Et quia nō
potuit humiliari in natura diuina aſſumpſit ali
am naturam: ſcilicet humanam. ¶ Item vt no-
ſtrum amorez excitaret ⁊ ſpem erigeret ſicut in
diuinitate vna eſt eſſentia et tres ſunt perſone:
ita in chriſto eſt econuerſo: ſcilicet vna perſona
⁊ tres eſſentie. ſcilicet diuinitas: anima: ⁊ caro:
⁊ caro hoc eſt eternum nouum ⁊ antiquuz. diui
nitas eſt eterna. anima noua: quia in aſſumptio
ne creata: caro vero antiqua: quia ab adam pro
pagata. Et chriſtus ſm naturam diuinitatis eſt
genitus. ſm animā creatus. ſm carnem factus.
xxi. ¶ Item eſt notandum ꝙ vnio fuit triplex in
chriſto. ſcilibet diuinitatis ad animaz ⁊ ecōuer
ſo deitatis ad carnem ⁊ anime ad carnem. Due
prime ſemper māſerunt. tertia ſeparata fuit in
morte et fuit hec vnio in vnitate perſone non
humane nec diuine. ſed perſone filij. ¶ Pro quo
eſt notandum ꝙ ad eſſe ꝑſone triplex exigitur
diſtinctio: ſcilicz ſingularitas naturalis: incom
municabilitas et excellentia. xxij. Propter pri-
mum nulluz vniuerſale eſt perſona. Propter ſe
cundum anima non eſt perſona. Propter ter-
tium chriſtus ſm ꝙ homo non eſt perſona. Itē
eſt notanduz ꝙ compoſitio proprie eſt corporū
coniunctio corporis ⁊ anime vnio eſt diuine na
ture ad humanam. xxiij. ¶ Item eſt notandum
ꝙ quinq; fuerūt ſtatus primi hominis ⁊ de quo
libet ſtatu accepit chriſtus aliquid. ¶ Primꝰ ſta
tus fuit innocentie de quo accepit immunitatē
peccati. ¶ Secūdus ſtatus fuit gratie de quo ac
cepit plenitudinez gratie. ¶ Tertius fuit culpe
de quo accepit recompenſationē pene. ¶ Quar-
tus fuit penitentie de quo accepit panem dolo
ris ⁊ triſticie. ¶ Quītus fuit glorie de quo acce-
pit plenā fruitionez. xxiiij. ¶ Et quia dicitur in

pꝛimo articulo. Natus eſt ex maria virgine. Eſt no
tādum ꝙ triplex eſt chꝛiſti natiuitas. diuina hu
mana ⁊ gratuita. Pꝛima eſt ex patre. Secunda
ex matre. Tertia in mente fit. De patre naſcit
eternaliter. de matre tempoꝛaliter. in mēte ſpi⸗
ritualiter per gratiam. ¶ Has tres natiuitates
repꝛeſentat eccleſia in die natiuitatis xp̄i in tri⸗
bus miſſis. In pꝛima que dicit in media nocte
⁊c. vide in capi. de ſacramento eucbariſtie. xxv.
Queritur vtrum aliqua pura creatura potuiſſꝫ
ſatiſfacere pꝛo toto humano genere. Solutio.
De duobus conſueuit fieri ſatiſfactio. ſ. ⁊ iniuria
⁊ de damno. Iniuriā deo factaꝫ nulla creatura
potuiſſet nec poſſet recompenſare ab excellen⸗
tiſſimam eius diuinitatem. De damno nullꝰ pu
rus homo potuiſſet nec poſſet ſatiſfacere: quia
non potuiſſet nec poſſꝫ toti humano generi eq⸗
pollere nec ſimilit alia pura creatura poſſꝫ dā⸗
num recompenſare qđ ſi poſſet: non tamē ſatiſ⸗
faceret: qꝛ ad illum ſpectat ſatiſfactio ad quem
ſpectat tranſgreſſio ⁊c. xxvi. ¶ Queritur vtruꝫ
maioꝛ congruitas ſit diuine nature ad vnioneꝫ
cum humana ꝙ cum angelica. Solutio. Dicen⸗
dum eſt ꝙ ſic. Pꝛimo quia homo magis indige
bat: quia locus lapſus erat. Item quia angelus
ſine medio ſuggerente eleuatus in ſuperbiā ce
cidit. homo auteꝫ diabolica ſuggeſtione coꝛruit
Item homo nō fuit obſtinatus ſicut angeli ma
li: ſed ſuam culpam cognouit penitentiam egit
modo diuina miſericoꝛdia non deliberat eos q̄
noluut penitere. vnde Augu. Qui creauit te ſi⸗
ne te nō iuſtificabit te ſine te. Item dicit Gre.
ꝙ natura humana cōmunicat cum omni creatu
ra: ⁊ ſic omnis natura exaltatur dum in ſuo ſimi
li diuinitati vnitur. Item quia quando aliquis
deuenit ad terminum vie ſue nō poteſt deflecti
ab illo ſine cui inheſit ſiue ſit bonus ſiue ſit ma
lus. Finis auteꝫ vie hominis eſt moꝛs: ſed finis
autem angeli eſt terminus ſue electōis quia bo
no adheſit ſiue malo. ¶ Unde ſicut homines in
bono vel in malo confirmātur poſt moꝛtem: ita
angeli poſt conuerſionem vel euerſionē. Unde
eadem ratio obſtinatiōis inuenitur in homini⸗
bus dānatis ⁊ angelis peccātibus: quia ſm Da
maſcenū quod eſt in angelis caſus hoc eſt in ho
minibus moꝛs. Et ideo angeli caſus fuit irrepa
rabilis ⁊c.

¶ Queritur quomodo intelligitur il⸗
lud Apoſtoli ad galathas. iiij. et Ephe. pꝛio
Factum ſub lege quia dicitur in ſymbolo geni⸗
tum non factum. Solutio. Chꝛiſtus ſm diuinā
naturam eſt genitus non factus: qꝛ non eſt crea
tura: ſed ſm humanam naturam ita eſt genitus
ꝙ factus faciente diuina virtute. Item chꝛiſtus
non fuit ſub lege q̄tum ad cauſam ſicut illi q̄ na
ti ſunt ſub peccato: nec ad motiuum ſicut illi qui
timoꝛe ſeruiunt: ſed ſolum fuit ſub lege q̄tū ad
obſeruantiam. aliter tamen ꝙ alij homines qui
ſeruant legem pꝛopter obedientiā obligatoꝛiā
quia xp̄s ſeruauit legem quātuꝫ ad obedientiā
ſpontaneā ꝓpter exemplū obedientie. xxviij.

¶ Queritur vtrum chꝛiſtus aſſumpſe
rit omnes defectus noſtros. Solutio. Chꝛiſtus
erat miniſter iuſtitie ſegregatus a peccatoꝛibo
non ſumpſit defectus qui ſunt via ad culpam vt
pꝛonitas ad malum difficultas ad bonum ⁊ ſimi
lia ⁊c. Defectus vero naturalis aſſumpſit. vt fa⸗
mem: ſitim ⁊c. ſm compendiū theologie cum pe
ne ſint exercitatiue virtutis perfecte ⁊ teſtifica
tiue humane nature non ſimulate aſſumpſit pe
nalitates tam coꝛpoꝛales ꝙ ſpirituales que re⸗
ſpiciunt naturam noſtraꝫ in cōmuni ſicut famē
⁊ ſitim in abſentia alimenti caloꝛem frigus fati
gationē ⁊ huiuſmodi nec tamen oēs defectꝰ
coꝛpoꝛales aſſumpſit: vt egritudines: multifoꝛ⸗
mes: neq; omnes defectus ſpirituales: ſicut ſūt
peccata ignoꝛantia rebellio carnis ad ſpiritum
⁊c. Chꝛiſtus enim ſic penalitates ſuſcepit volun
tarie ⁊ nulle modo inuite. xxix.

¶ Queritur vtrum in chꝛiſto fuerint
defectus a natura vel a voluntate. Solutio. Pe
nalitates ſūt in nobis contracte ex ꝯcurſu duo⸗
rum: videlicet ꝓpagationis nature et coꝛpoꝛis
concupiſcentie quoꝛum neutruꝫ fuit in chꝛiſto:
⁊ ideo nō fuerunt in chꝛiſto defectus neceſſita⸗
te generationis ſed voluntate diſpenſationis:
volūtate in quē diuina pꝛeueniēte volūtarie hu
mana concomitante ⁊c. xxx.

¶ Quartus articulus eſt credere in
eius paſſionem: ibi paſſus ſub pōtio pylato cru
cifixus moꝛtuus ⁊ ſepultus. Quem cōpoſuit ſan
ctus Johannes euangeliſta. de quo Daniel. ix.
Poſt ebdomadas. lxij. Occidetur chꝛiſtus queꝫ
iudas ſcarioth tradidit ⁊ pōcius pylatus moꝛti
adiudicauit. ¶ Legitur enim de iuda in quadaꝫ
hyſtoꝛia licet apocrifa ꝙ fuit quidam vir in hie
ruſalem nomine Ruben qui alio nomine dictꝰ
eſt Symeon ð tribu iuda. Uel ſm Hieronimū
de tribu Yſachar qui habebat vxoꝛem nuncupa
tam ciboꝛeam. Quadam ergo nocte cum ſibi de
bitum mutuo exoluiſſent ciboꝛea obdoꝛmiens
ſomnium vidit quod perterrita gemitibus ⁊ ſu
ſpirijs viro ſuo retulit dicēs. Uidebatur mihi
ꝙ filium flagitioſiſſimum parerē qui totius gen



tis noſtre perditionis cauſa exiſteret. Cui Ru⸗
ben nephariaꝫ inquid rem nec relatu dignā ꝓ
faris ⁊ ſpiritu vt puto phitonico raperis. cui il⸗
la. Si me concepiſſe ſenſero ⁊ filium perperero
abſq; dubio nō ſpiritus phitonicus extitit: ſed
reuelatio certa fuit. Pꝛocedente igitur tempo
re cum filium peperiſſet parentes plurimum ti
muerunt ⁊ quid de eo facerēt cogitare ceperūt
cumq; filium occidere abhoꝛrerent: nec vellent
deſtructionem ſui generis enutrire ipm̄ ī fiſcel
la poſitum mari exponunt queꝫ marini fluctus
ad inſulam que ſcarioth dicitur pꝛotulerunt: et
ab illa īſula iudas ſcarioth appellatur. Regina
autem loci illius carens liberis ad littus maris
cauſa ſpaciandi pꝛoceſſit: et fiſcellam a marinis
fluctibus iactari vidēs ipſam aperiri facit: inue⸗
nienſq; ibidem puerum elegantis foꝛme ſuſpi⸗
rans ait. O ſi ſolatijs tāte ſubleuarꝫ ſoboles ne
regni mei ſucceſſoꝛe pꝛiuarer. Puerum igit ſe⸗
creto nutriri fecit ⁊ ſe grauidam ſimulauit. Tā
dem ſe filium peperiſſe mentitur et per totū re
gnum hec fama celebꝛis diuulgatur. ¶ Pꝛīceps
pꝛo ſuſcepta pꝛole vehemēter exultauit ⁊ ingē
ti gaudio plebs letatur ipſumq; ſm magnificē
tiam regiam educari fecit. Non poſt multum tē
poꝛis regina de rege concepit et ſuo tempoꝛe fi
lium reperit. Cum autem pueri aliquantulum
creuiſſent adinuicem ſepius colludebāt. Et pue
rum regiū iudas crebꝛis iniurijs moleſtabat
et ad fletum ſepius pꝛouocabat. Regina autem
hoc moleſte ferens ⁊ iudaꝫ ad ſe non pertinere
ſciens ipſum crebꝛius verberabat: ſed nec ſic a
moleſtia pueri deſiſtebat. Tandem res pandit:
et iudas non regine filius: ſed inuentus fuiſſe a
peritur. Quod iudas vt comperit vehementer
erubuit ⁊ fratrem ſuum putatiuum regis filiuꝫ
occidit latenter ob hoc capitalem ſententiaꝫ ti⸗
mens cum tributarijs in hieruſalem aufugit: ſe
q; pylati tunc pꝛecidijs obſequio mancipauit: ⁊
quoniam res ſibi ſimiles ſunt habiles. Pylatū
iudam ſuis moꝛibus inuenit congruere. et ideo
cepit ipſum valde carum habere. Uniuerſe eñ
curie pylati iudas pꝛeficitur: et ad eius nutum
omnia diſponuntur. Quadam autem die pyla⸗
tus de palatio ſuo in quodam pomerium aſpici
ens illoꝛum pomoꝛum tanto deſiderio captus
eſt: vt pene deficere videretur. erat auteꝫ illud
pomerium Ruben patris iude ſed ne iudas pa⸗
trem nec ruben filium cognoſcebat: quia ruben
ipſuꝫ in marinis fluctibꝰ pijſſe putabat: ⁊ ꝗs pr̄
nut que patria ſua iudas penitꝰ ignoꝛabat. Py⸗
lato itaq; accerſito iuda ait tanto illoꝛū fructu
um captus ſum deſiderio: ꝙ ſi his fruſtratus fu
ero ſpiritum exhalabo. Concitus autem iudas
in pomeriū inſilit: et velocꝰ mala carpit. Inte⸗
rea ruben venit ⁊ iudem mala ſua carpētem in⸗
uenit foꝛtiterq; ambo contendunt et iurgia ſu⸗
peraddūt poſt iurgia ſurgunt adverba ⁊ mutuis
ſe iniurijs affecerūt. Tandē iudas ruben in ea p
te qua ceruix collo cōnectitur lapide percuſſit
pariter ⁊ occidit. poma ergo ſuſtulit ⁊ pylato q̄d
acciderat enarrauit. iam die inclinante ⁊ nocte
ſuperueniente ruben moꝛtuus inuenitur ⁊ ſubi
tanea moꝛte pꝛeuentus putatur. ¶ Tunc pylatꝰ
omnes facultates ruben iude tradidit ⁊ ciboꝛe
am vxoꝛem ruben in coniugeꝫ inde dedit. Qua
dam autem die dum ciboꝛea grauiter ſuſpiraret
⁊ iudas vir eius quid haberet diligēter interro
garet. ipſa reſpondit. heu infeliciſſima ſum oīꝫ
feminarum quia infantulum meuꝫ marinis flu
ctibus ſubmerſi: ⁊ virum meuꝫ moꝛte pꝛeuentū
inueni: ſed ⁊ doloꝛi ac mihi miſere pylatus addi
dit doloꝛē qui me meſtā nuptui tradidit ⁊ inui⸗
tiſſimā me tibi diu coniugem copulauit. Cumq;
oīa illa de infantulo illo enarraſſet ⁊ iudas illa
que ſibi acciderāt retuliſſet inuentū ē ꝙ iudas
matrem ſuā in vxoꝛē duxerat ⁊ patrem occide⸗
rat. ¶ Penitentia ergo ductus ſuadēte ciboꝛea
dominū noſtrū ieſum xp̄m abijt ⁊ ſuoꝝ delicto⸗
rum veniam poſtulauit. Dn̄s auteꝫ eū ſuū fecit
diſcipulum: ⁊ de diſcipulo eum fecit apoſtolum
ſuuꝫ. Deinde ꝓcuratoꝛē quē poſt modū pertu⸗
lit ꝓditoꝛem. poꝛtabat enim loculos: et ea que
chꝛiſto dabantur furabatur. Uide paſſioneꝫ do⸗
mini ſuper reſiduo.

¶ De pylato enim legitur ꝙ fuit qui⸗
dam rex nomine titus qui quandā puellaꝫ noīe
pylam filiam cuiuſdaꝫ molēdinarij noīe Atus
carnaliter cōgnouit ⁊ de ea filium habuit. pyla
autem ex nomine ſuo et ex nomine patris ſui q̄
dicebatur Atus vnum nomen compoſuit: ⁊ na⸗
to puero impoſuit nomen pylatus. Cum autem
pylatus tres annos haberet ipſum ad regeꝫ pa
trem ſuum tranſmiſit. Habebat autem rex fili⸗
um de regina coniuge ſua qui fere pylato coe⸗
taneus videbatur. ¶ Iſti dum annos diſcretio⸗
nis attingiſſent ſepius luctamie ⁊ pugna ⁊ fun
da adinuicem colludebant: ſed regis legitimus
filius vt genere erat nobilioꝛ ſic in omni gene⸗
re certaminis aptioꝛ. Ob hoc pylatus inuidie li
uoꝛe motus nimio doloꝛe ſtimulatus fratrē ſu⸗
um latenter occidit. Quod rex audiens vehe⸗
menter doluit ⁊ cōſilio conuocata quid de ſce
lerato ⁊ homicidia faciendum ſit filio requiſiuit.
Cui omnes eum eſſe reū moꝛtis acclamauerūt

vnanimiter. ¶ Rex aũt ad ſe reuerſus ad iniquitatem: iniquitatez noluit duplicare: ſed ipſuz ꝓ tributo quo annuatim debebat romanis in obſidem miſit. tum volẽs eſſe innoxius ab occiſione filij. tum a tributo romanoꝝ cupiens liberari. Tunc temporis erat rome filius regis frãcorum quem ſimiliter regi romanorum miſerat ꝓ tributis huic pylatus aſſociatꝰ cum ſe ab eo moribus ⁊ induſtria precelli videret: eum inuidie ſtimulis agitatus occidit. ¶ Sed cũ romani qd de eo faciendum eſſet inquirerent conſiliũ habuerunt tale. Hic ſi ſuperuixerit qui fratrez necauit occidem iugulauit. reipublice q̃ plurimuz vtilis erit ⁊ colla ferocium hoſtiuz ferox ipẽ domabit. Dixerunt ergo cum reus mortis habeat in pontos inſulam gentibꝰ illis qui nullum patiuntur iudicem. Iudex preficiatur: ſi forte eiꝰ nequitia ipſoruz contumatia edometur ſi non quod meruit patiatur. Miſſos ergo pylatꝰ ad gentem ferocem ⁊ ſuoꝝ iudicum peremptricem non iuſtus ad quos miſſus ſit: ⁊ q̃ pendula vite ſententia tacite rem cõſiderans vitam ſeruare voluit ⁊ gentem nequam ipſe minis et ꝓmiſſis ſupplicio ⁊ precio penitus ſubiugauit: quia igit̃ tam dure gentis extitit victor a pontos inſula pontius pylatus nomen accepit. ¶ Herodes autem hominis illius induſtriam vt audiuit eius verſutijs congaudens ipẽ verſutus eũ ad ſe muneribus ⁊ internũcijs inuitauit ⁊ ſuper iudeam et hieruſalez poteſtatem ⁊ vicem ſuam ei tradidit. qui cum pecuniam innumerabilem congregaſſet neſciente herode romam adijt: ⁊ infinitã pecuniã tyberio imperatori contulit ⁊ ab eo ſibi dari quod ab herode tenebat muneribus impetrauit. Huiuſcemodi cauſa facti ſunt inimici Pylatus ⁊ Herodes quo adusqꝫ ad paſſionem domini. Tunc aũt pylatus miſit dñm noſtrũ ad herodem ⁊ facti ſunt amici ⁊c. Unde reſiduũ in paſſione domini noſtri.

Passio domini noſtri Ieſu chriſti cõmendatur in opere per patientiam inſuperabilez: in modo per humilitatem admirabilẽ. in cauſa per charitatẽ ineſtimabilem. ¶ Quantũ ad primum. Xp̃us ſuſtinuit in tactu clauoꝝ aſperitatẽ. In auditu opprobrioꝝ confuſionẽ. In odoratu ſputoꝝ feditatem. In guſtu fellis ⁊ aceti amaritudinem. In oculis lachrymarũ effuſionem. In corde timorem. Nota ergo ꝙ chriſtꝰ timuit. ¶ Pro quo eſt notandum ꝙ ſex ſunt ſpecies timoris vt inferius in capi. de donis. titulo de dono timoris notatur. Sed chriſtus timuit timore naturali quo quilibet timet nocumentum nature et ille timor nec ẽ meritorius nec demeritorius quia non ſubiacet libero arbitrio. et dicitur naturalis non a natura inſtituta ſed deſtituta quia ille timor eſt pena pro peccato primoꝝ parentuz inflicta. vñ Marci. xiiij. Cepit Ieſus pauere ⁊c. Sed contra hoc poteſt argui ſic. Perfecta charitas foras mittit timorem. i. Iohan. iiij. Sz xp̃s habuit perfectiſſimaz charitatẽ ergo videt̃ ꝙ non timuerit. Item dicit auguſt. ꝙ ſignum perfectionis eſt nullus timor ſz in chriſto fuit ſumma ꝑfectio ergo nullus in eo fuit timor. ¶ Sol. aliqui doctores diſtinguunt dicentes ꝙ triplex ẽ timor. gratuitus. libidinoſus ⁊ naturalis. Itẽ timor naturalis eſt triplex. Nam quidam eſt timor pene. quidam timor offenſe quidam timor reuerentie. primus et ſecundus non fuerunt in xp̃o eo ꝙ ſacra charitas foras mittit timorem. Tertius autez fuit in chriſto quia ſic a perfecta charitate non expellitur ſed cõſummatur ſm illud Yſa. xi. Replebit eum ſpũs timoris dñi. Sz quia in eiuſdem yſa. quinquageſimotertio habetur. Oblatus ẽ quia voluit: ⁊ Mat. xxvi. habetur contrarium: quia dicit pater ſi poſſibile ẽ tranſeat a me calix iſte.

¶ Queritur de volũtate xp̃i pro quo eſt notandum ꝙ duplex volũtas fuit in chriſto ſcilicet increata ⁊ creata. increata eſt duplex. ſcilicet voluntas ſigni ⁊ voluntas beneplaciti. voluntas ſigni quãdoqꝫ manet inexpleta: quia ſic voluntas dicitur metaphorice. alio modo dicitur voluntas dei proprie et ſic eſt volũtas beneplaciti. Capiẽdo proprie velle dei eſt ipſe deus. Sed capiẽdo metaphorice eſt ſe habere ad modum voluntatis. Et hoc velle non eſt deus. tamen hec diuiſio non rei ſed vocis eſt. Volũtas beneplaciti eſt duplex. ſcilicet antecedens que ſepe nõ expletur: ⁊ conſequẽs que nunq̃ remanet inexpleta. Volũtas creata ſm compendiũ theologie eſt duplex. ſcilicet rationis ⁊ ſenſualitatis. Item voluntas rationis eſt duplex. ſcilicz rationis vt ratio eſt: Et voluntas rationis vt natura eſt. voluntate rationis vt ratio eſt ꝯformauit ſe voluntati increate: ſed voluntate rationis vt natura eſt. Et voluntate ſenſualitatis voluit aliquid propriam quod non voluit voluntate rationis vt ratio eſt: ſcilicet non mori ſm vero Bonauenturam. Voluntas chriſti tripliciter poteſt conſiderari. primo ſm duas naturas ſcilicet diuinam ⁊ humanam: ſic habet duas volũtates vt diuidit Damaſce. ¶ Secundo conſideratur voluntas ſm potentias ꝑ quas quis vult et ſic fuit in chriſto potentia diuina. potentia rationalis creata ⁊ potentia ſenſuum per quaꝝ



quãlibet exibat in actum volendi: et ſic diuidit magiſter ſententiarum. Tertio cõſideratur voluntas chriſti per comparationem voluntatis: quantum ad modum volendi: ⁊ ſic voluntas xp̃i diuiditur quadrupliciter ſm Hugo. d. ſic in xp̃o fuit voluntas diuinitatis. volũtas rationis. voluntas pietatis: ⁊ voluntas carnis. Volũtas diuinitatis per iuſticiam ſentẽtiam dictabat. Voluntas rationis per obedientiam veritatem approbabat. Voluntas pietatis per compaſſionẽ in malo alieno ſuſpirabat: ⁊ volũtas carnis per paſſionem in malo proprio gemebat. Et licet diuerſa eſſent volita. Voluntates tamẽ in chriſto habuerunt conſonantiam. Voluntas enim ſuperior non vult inferiorez velle quod ipſa vult ſed ipſa magis vult eam velle contrariũ et ſic ẽ ei ſubiecta: ⁊ ſic patet ꝙ chriſtus in oratione cuz dixit. Non ſicut ego volo ⁊c. Et quando flebat ſuper Hieruſalẽ nõ repugnabat diuine voluntati: erat enim conformitas in ratione volendi q̃uis non eſſet in volito ꝙ enim ſic valet habebat a deo: ⁊ deus volebat eum ſic velle. Voluntate patientis et pietatis: nec tamen caro chriſti concupiuit aduerſus ſpiritum: nec ſenſualitas rebellauit rationi: quia diſſenſus ſenſualitatis ad rationem poteſt eſſe: ⁊ quantuz ad volitũ et quantum ad actum volẽdi: et hoc patet ad naturã lapſam per culpam et penam. et eſt ponere conſenſum q̃tum ad vtrumqꝫ. ita ꝙ ſenſualitas ſubiaceat rationi: ⁊ hoc pertinet ad naturam inſtitutam et eſt ponere medium: ita ꝙ ratio conſentiat ſenſualitati reſpectu actus volendi: ſed nõ reſpectu voliti: et hoc pertinet ad naturam habentem penam abſqꝫ culpa. qualis fuit natura a chriſto aſſumpta que habuit aliquid de natura iſtituta: ⁊ aliquid de natura lapſa ⁊c. Sed quia fit mẽtio Mathei. xxvi. de oratione ſaluatoris noſtri. Eſt notandum ꝙ docuit chriſtum orare propter meritum: quia ſua oratione meruit nobis vt eſſemus ydonei ad ſuſceptionem beneficiorum dei. Secundo propter exemplũ virtutum: vt nos inuitaret ad orationis ſtudiũ: cuius exercitio maxime ſuperatur aduerſarius. Tertio propter veritatis articulum: vt oſtenderet ſe veruz hominẽ et vere a deo miſſum. vnde Iohan. xi. Gratias ago tibi domine quoniã audiſti me. Ego autez ſciebam quia ſemper me audis: ſed propter populum qui circunſtat: dixi vt credant quia tu me miſiſti. Quarto propter officium implendum: quia xp̃s habebat dignitatẽ ſacerdotalem ⁊ pontificalem. vnde ſicut obtulit ſacrificium pro peccatoribus ita orauit pro ipſis. ad Hebre. v. Omnis pontifex offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis.

¶ Queritur vtrum xp̃us in oratione fuerit exauditus. Solutio. In oratõne que procedebat a voluntate ratiõis ſemꝑ exauditꝰ fuit Iob. xi. Ego autem ſciebã q̃ ſemper me audis in oratione v̄o que procedebat ex voluntate carnis ⁊ pietatis non ſemper exaudiebat̃. Sic enĩ magis petebat vt nos erudiret q̃ vt deũ patrẽ ad petitionem ſuaz inclinaret. Petiuit enĩ calicem a ſe transferri ⁊ crucifixoribꝰ condonari ⁊c. Sed talis oratio erat ſenſualitatis. tñ dr̃ ꝙ fuit ſenſualitatis quo ad naturam rõnis quo ad formã ſenſualitatis vt a quo ratõis vt pro quo ſenſualitatis: vt mouentis rõnis vt ꝓponẽtis.

¶ Queritur cũ ratio ſciret ſenſualitatem in hac petitione nõ exaudiendam quare ꝓponebat. Solutio. Proponebat ꝓpt̃ tria. Primo propter manifeſtãdam veritatem nature aſſumpte q̃ naturaliter abhorruit paſſionem ⁊ in hoc erudiuit fidem noſtram. Secundo ad confirmandam noſtram imbecillitatem vt non diffidamus ſi paſſionum pericula abhorremus. Et in hoc erexit ſpeciem noſtrã. Tertio vt oſtenderet voluntatem noſtram omnino voluntati diuine ſubijciendam: quod oſtẽdit in ꝯditione appoſita nõ ſicut ego volo ⁊c. Et in hoc ordinauit charitatem que effectum diuine voluntati per omnia ſubijcere conatur. Sed ſm formam orationis orauit pro ſe. ſed ſm intentionem orauit pro nobis ⁊c. Quãtum ad quartum in modo patiendi tenẽdum eſt ꝙ xp̃us paſſus eſt paſſione generali: quia ſm omnia mẽbra corporis. Yſaie liij. Non eſt ei ſpecies neqꝫ decor. Item paſſione acerba. Treñ. i. O vos omnes qui tranſitis ꝑ viam attendite et videte ſi eſt dolor ſimilis ⁊c. Paſſio enim chriſti fuit maxime penalis. Tum ratione intẽtionis propter optimam diſpoſitionem ipſius patientis. Tum ꝓpter eius innocẽtiam. Tum ꝓpter honoꝝ eius excellẽtiam. Honorabilis enĩ ſi confunditur plus ledit̃ et precipue inter ſuos. Vilis autẽ hõ de morte ſua dolere nõ dz cũ turpido ſua tũc finẽ accipiat. ¶ Fuit enĩ paſſio ſaluatoris nr̃i ignominioſa: q̃ crucis patibulo q̃ erat peſſimoꝝ ſuppliciũ i ꝯſortio iniquoꝝ. ſ. latronũ cũ qbꝰ erat deputatꝰ. Quãtũ ad tertiũ. i. in cã attẽdit̃ charitas maxima qua nos liberauit ab inferno dãdo aĩam ſuã: qua mũduz renouauit largiẽdo grãm: qua celũ aperuit ꝯferẽdo gloriã. Hec tria notãtur in titulo crucis. Nã ꝓpter primũ dr̃ ieſus ꝓpter ſcdm nazarenꝰ ꝓpter tertiũ rex iudeoꝝ. xxxij. ¶ Chriſtus ſex vicibus ſanguinẽ ſuum fudit quinquies in vita: ⁊ ſemel mortuus. in vita. in circũciſione. in oratione. in coronatione. in flagellatione. et in crucifixione. et in morte. in lanceatione. Per primũ

docemur peccata obijcere. per ſcḋm mentis an-
guſtiaȝ pro ſalute noſtra tenere. Per tertiū ani
mam noſtram virtutibus ornare. Per quartum
carnē noſtram domare. Per quītuȝ mēbra no
ſtra mādatis dei ligare. Per ſextum vulneratū
cor vel eleuatū in dei amore habere. xxxiij. Cir-
ca illud ꝙ ſeparata anima a corpore remāſit di-
uinitas imediate vnita corpori ⁊ aīe. Nota quia
quod ſemel aſſumpſit nūꝗ̄ dimiſit. aſſumpſit
coniunctim ſupple.

## ¶ De effectu paſſionis chriſti.

¶ Effectus paſſionis xp̄i multiplex eſt. Paſſio
xp̄i virtutem demonū debilitat. Job. xl. Quaſi
hamo capiat leuiataȝ. ſpoliat infernū. Yſa. viij.
Voca nomē eius accelera. ſpolia. detrahe. For-
mat per exemplum. prima petri. v. Chriſtus pro
nobis eſt paſſus nobis relinquens exemplū. vñ
Berñ. Super omnia te reddis mihi amabileȝ
bone ieſu. Calix queȝ bibiſti opus redēptionis
noſtre eſt. Paſſio xp̄i reparat ruinam angeloꝝ.
ipſe eniȝ xp̄s lapis eſt angularis qui fecit vtra-
ꝗȝ vnum. ſcȝ pacem inter deum ⁊ hominem. In
ter angelū ⁊ hoiem. inter hoiem ⁊ hominē. vñ
Eccleſi. xliiij. In tempore iracūdie factus eſt re
cōciliatio. Armat contra mundū carnē ⁊ diabo-
lum qḋ ſignificatur ꝑ clypeū qḋ leuauit. Joſue.
contra hay. Joſue. viij. Sanat. ſcȝ mētis vulne-
ra. Unde Nume. xxi. Aſpiciētes ſerpentē eneū
ſanabātur. Uiuificat ſcȝ ſpiritualiter. ad Ephe-
ſeos. ij. Cum eſſemus mortui peccatis cōuiuifi-
cabit nos xp̄s. Dulcorat exemplo de ligno miſ-
ſo in aquas marinas. Exo. v. Reſerat. ſcȝ celum.
Yſa. xxij. Dabo clauem domus dauid ſuper hūe-
rum ei⁹ et aperiet et nō erit qui claudat: claudet
et non erit qui aperiet. Tollit eniȝ paſſio xp̄i ſe
ptem vicia capitalia. Superbiam tollit capitis
inclinatio per quaȝ videbat̄ titulus crucis in q̄
ſcriptum eſt rex iudeoꝝ. Inuidiam brachioꝝ
extentio ad amplexum nos inuitans. Auariciā
multorum erogatio que in paſſione dicit. vnde
Berñ. Diſce xp̄iane ꝗ̄tuȝ debeas diligere chri
ſtum qui dedit nobis carnem ſuam in cibuȝ. ſan
guinem in potuȝ. aīam in preciuȝ aquam lateris
in lauacrū. veſtuȝ crucifixorib⁹. corp⁹ diſcipulis
matrē iohāni. Accidiā tollit feſtinatio ad paſ-
ſioneȝ. Iram mollis reſpōſio. Gulā fellis ⁊ ace
ti potatio. Luxuriam lateris vulneratio. Circa
paſſionem nota ſeptem ſuauitates: ſcȝ capitis in
clinationem ad oſculum in ſignuȝ noſtre recō
filiationis: brachioꝝ extentionem ad ample
xum in ſignū redemptionis redeuntis de pecca
to in gratiam. lateris aperſionē propter effuſio
nem precij noſtri noſtre redēptiōis ⁊ abſolutio
nis. Exiuit eniȝ ex latere chriſti ſanguis ⁊ aqua
Clauorum in manibus ⁊ pedibus fixionem pro
pter memoriam noſtre recordatōnis. Corporis
denudationem in exemplum noſtre ꝯfeſſionis
que debet eſſe nuda. crucis portationem in exē
plum ſue imitationis. Corone ſpinee impoſitio
nem in figuram noſtre glorificationis. ¶ In re
demptione noſtra fuit mira gratia. Primo ex
parte motus: quia charitas deiuidit ꝙ neꝗȝ per
amicos nec per precium poteramus redimi; iō
fratrem noſtrum ſe fecit noſtram naturam aſſu
mendo: ⁊ precium reddidit ſanguinem pro no-
bis fundēdo. Unde Pſal. Miſerere mei qȝ vni
cus. id eſt nō habens amicos ⁊ pauper ſum ego
id eſt precium non habens. Secūdo ex parte re
dimentis qui cum liberare nos poſſet ex poten
tia: potius voluit nos redimere ex miſericordia
vt ad amorē nos aſtringeret et dei iuſticie ſatiſ-
faceret. Tertio ex parte redempti qui oprime-
batur crimiuū ſeruitute ⁊ detinebatur in carce
re. Quantum ad primum videamus ꝙ̄ mirum
fit vt filius dei qui erat liberrimus fieret ſeru⁹
¶ Quantum ad ſecundum ꝙ dominus ad carce
rem deſcenderit vt ſeruus inde exiret. Item ex
parte iuſticie: qȝ nulla iuſticia dictabat vt inno-
cens puniretur pro reo. Item ex parte excellē-
tie diuine quia mirum erat quod ipreciabile po
nebatur ſub precio vilis creature. Item ex par-
te precij dati: quia ſi redemiſſet nos ſolo corpo-
re adhuc ad gratias teneremur. Nūc autem re-
demit nos anima: corpore: ⁊ vita: vt nihil eoruȝ
ſubtraheremus ei. ¶ In cruce chriſti nota que
ſequūtur ſupplicium quo nullum mal⁹ nec equa
le. Thre. i. O vos omnes qui tranſitis per viam
attendite ⁊c. Dico notanter quo nullum malus
et eo ꝙ ipſe iuſtiſſimus paſſus eſt pro iniuſtis:
ab iniuſtis cum iniuſtis ex iniuſtis cauſis: iniu-
ſtis iudicibus: ⁊ iniuſtis penis. Opprobriū quo
nullum vilius. Sapien. ij. c. Morte turpiſſima
condemnemus eum. Precium quo nullum con
uenientius: quia ſicut per lignū venit culpa: ſic
per lignum redemptio. Myſterium quo nullo
profundius ad Ephe. iij. Ut poſſitis comprehē
dere cum oībus ſanctis que ſit latitudo: longi-
tudo: ſublimitas. et profundum etiam ſup emi-
nentē ſcientie charitatem xp̄i ⁊c. Exemplū quo
nullū perfecti⁹. prima Petri. ij. Chriſtus paſ-
ſus ē ꝓ nobis: nobis relinquēs exēplū. xxxiiij.
Chriſt⁹ enī in cruce ꝓtulit ſeptē verba. Primū
pater ignoſce illis: qȝ neſciunt quid faciunt. Lu
ce. xxiij. Secūdum verbum quando dixit latro-
ni. Hodie mecū eris in paradiſo. Luc. xxiij. Ter
tium Ecce mulier filius tuus. Jo. xix. Quartum
Sitio. Jo. eodē. Quītū. Hely hely lamazaba
tani. Mathei. xxvij. Sextum. Pater in manus





tuas cōmando ſpiritū meū. Luce. xxiij. Septimuȝ
cōſummatū eſt. Johā. xix. Per primū verbū do
cemur iniurias dimittere. Per ſecūduȝ petētes
exaudire. Per tertiū parentes honorare. Per
quartum ſalutem noſtraȝ deſiderare. Per quin
tum ad deum in neceſſitatibus clamare. Per ſe
xtum auxiliuȝ noſtrum in deum ponere. Per ſe
ptimum vitam noſtram fine determinato debi
to cōſummare. xxxv. In cruce enī ſunt quattuor
brachia que ſignant quattuor virtutes quibus
extendi debet non homo interior. Pars ſuperi
or ſignat charitatem inferior humilitatē. A de-
xtris obedientiā: a ſiniſtris patientiā. In quat-
tuor brachijs charitatis notantur quattuor be-
neficia charitatis. Pars ſuperiori ſignat ianue
celeſtis aperſioneȝ. Inferior inferni deſtructio
nem. A dextris collationem gratie. A ſiniſtris
peccatoꝝ remiſſionem. Dicit enim magiſter in
hyſtorijs ꝙ quattuor ligna fuerūt in cruce: pes
fuit de cedro per quam cedron ſignificatur alti
tudo cōtēplationis. Stipes de cypreſſo ꝑ quaȝ
deſignat̄ fama bone opinionis: tranuerſale de
palma per quaȝ deſignatur fructus iuſticie. Ta
bula de oliua per quam deſignatur leuitas miſe
cordie. xxxvi. Querit̄ vtrū paſſio triſticie fuerit
in chriſto. Solutio dicendū eſt ꝙ eſt triſticia p̄
ter rationis imperium communis bonis ⁊ ma-
lis ſapientibus ⁊ inſipientibus que conſurgit ex
quadam neceſſitate et eſt triſticia contra ratio-
nis iudiciuȝ. Rectuȝ in qua ratio ſubijcitur ſen
ſualitati et non tantum turbatur: ſed etiaȝ per
turbatur. Item eſt triſticia ſm iudicium ratio-
nis rectum cum quis triſtatur ratione dictante
de qua ad Roma. xij. Flere cuȝ flentibus ⁊c. Et
hoc tertio modo fuit triſticia in chriſto: quia de
nullo triſtis fuit niſi ſm ꝙ dictabat ratio: ⁊ hoc
innuitur. io. xi. ieſus aūt infremuit ſpiritu ⁊ tur
bauit ſemetipſum: ⁊ de hac triſticia dicit̄. Mat.
xxvi. Triſtis eſt anima mea vſꝗȝ ad mortē. ⁊ Lu
ce. xx. Fleuit ſuper hieruſalem. Et ſi obijciatur
illud yſa. xxi. Nō erit triſtis dicēdū eſt ꝙ loque
batur de triſticia perturbante. xxxvij. ¶ Querit̄
vtrū paſſio vel afflictio ire fuerit ī chriſto. So-
lutio. ira reperitur in quadruplici differentia.
Uno modo dicit pure affectū deteſtationis ma
li: ⁊ ſic potuiſſet fuiſſe in adaȝ. Alio modo dicit
deteſtationē mali cū inquietatōe ⁊ turbatōe ſen
ſualitatis: ⁊ ſic fuit in xp̄o. alio modo dicit affe-
ctum deteſtatiōis non ſolū partis ſenſualis ſed
et rationis ad tempus: ⁊ hoc modo reperitur in
viris iuſtis. Quarto modo dicit affectū deteſta-
tionis cum cōmotione ſenſualitatis: ⁊ etiam ra
tionis ſeu mentis ita ꝙ cōmotio illa habet per
turbationē mentis annexaȝ: ⁊ ſic eſt ira per vi-



ciū ⁊ eſt in peccatoribus. vnde Jo. v. Uirū ſtultū i
terfecit iracundia. Ad hoc Greg. cōcordi. Ira
per viciū oculū mētis excecat. Ira per zelū tur
bat⁹. xxxviij. ¶ Querit̄ vtrū paſſio xp̄i liberauit
nos a ptāte diaboli. Solu. Diabol⁹ ante paſſio
nem habebat duplicē manū. ſ. manū attrahen-
tē ⁊ manū impellēteȝ. Manus attrahēs traxit
ad limbū etiā iuſtos ⁊ ſanctos. hec fuit āputa-
ta oīno per paſſionē. Man⁹ impellēs pene oēs
precipitabat in malū vel aſtutia vel violētia: qȝ
tentabat: vt draco ⁊ leo hec debilitata eſt per
paſſionē vt nullū poſſit ſeducere vel violenter
ſubiugare niſi noſtra negligentia interueniat.
vel peruerſitas reqrat reſiſtere negligam⁹. Jā
enī apuit lumen veritatis interi⁹ ꝑ diuinā inſpi
rationē ⁊ exterius ꝑ humanā inſtructionē con
tra diabolicā fraudulētiā. Infuſa eſt enī gratia
ſpūſſancti: que reprimit concupiſcentiā. Datuȝ
eſt. ⁊ āgelicū preſidiū qḋ reprimit ptātes aduer
ſas. ⁊ hoc fit virtute ⁊ merito paſſionis xp̄i. Uñ
diabolus ſup oīa timet memoriā paſſionis xp̄i
⁊ ſignū crucis per q̄ ſumus a ptāte ei⁹ liberati.
cui⁹ etiā ꝓtectio ſe extēdit ad infideles: vt pȝ ī
dialolo Grego. de iudeo quē diaboli dixerunt
vas vacuū ſed ſignatū. vñ Apo. xx. Uidi āgelū
deſcendentē de celo ⁊ apprehēdit draconē qui
eſt diabolus ꝑ angelū intelligit̄ xp̄s. Et ſi obij-
ciatur ꝙ diabolus ante paſſionē nullum pote-
rat tentare ſine conſenſu ſicut poſt paſſionem.
dicēdū eſt ꝙ de⁹ iuſto iudicio ip̄m āplius tenta
re ꝑmittebat ⁊ ꝯſenſus noſter ei amplius ſubia
cebat ex vicio noſtro ꝓpter hoc renabat igno-
rantia ⁊ ꝯcupiſcentia. deficiebat virt⁹ veritas ⁊
gr̄a. vñ Jo. i. Lex per moyſen data eſt. Gr̄a ⁊ ve
ritas per xp̄m. xxxix. ¶ Querit̄ vtrū xp̄s meruit
nobis ianue vite aperſionē. Sol. Adā peccan-
te ex ſententia diuini decreti clauſa fuit paradi
ſus terreſtris in ſignum clauſionis ianue para-
diſi celeſtis q̄ eſt apta dei viſio. Decreuerat eniȝ
de⁹ neminē ad ſui aſpectū admittere niſi eſſet ſi
bi facta emēda ꝓ pctō ſeu pctis illis ⁊c. Et qm̄
xp̄s ſatiſfecit meruit nobis ianue apertioeȝ. vnḋ
Aug. nō potuit nobis aperiri adit⁹ ⁊ fieri ſalus
niſi ꝑ mortem vnigeniti. Cui tanta fuit humili-
tas vt eius merito pateret credētib⁹ regni adit⁹
Et qȝ fit hic mētio de merito. ē notan. ꝙ xp̄s in
ꝗ̄tum ꝯprehenſor nō meruit ſibi ſȝ inꝗ̄tum via
tor. ſm magiſtrū ſeu meruit captiuoꝝ redēptio
nem regni reſerationē ſui corporis impaſſibili
tatem ⁊ imortalitatē iudicare ptātis dignitatē
et glorificationē ac manifeſtationē ſui nois ⁊c.
vñ ad Phili. ij. c. xp̄s factus eſt pro nobis obedi
ens vſꝗȝ ad mortē ꝓpter qḋ exaltauit illū. et de
dit illi nomē qḋ eſt ſuper omne nomē vt in noīe



ieſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtriū et ī
fernoꝝ ꝛc. Unde ad illā auctoritatē ꝓficiebat
ſapientia ꝛ etate coram deo et hoīb9. rñdetur
ꝙ intelligitur ad illū ſenſum qui ſequitur ꝙ in ſe
nō ꝓficiebat qꝛ ſciētia ab inſtāti conceptionis
ſue fuit plen9: qꝛ vt deus eius cognitionē ſciēti
am excellentiā ꝛc. nō amiſit ꝓpter aſſumptionē
humane nature ꝛc. Sed poti9 ꝓficiebat in alijs
qui doctrina ſua ꝛ exemplo ꝓfecerūt ꝛ hoc corā
deo. i. ad gloriā dei ꝛ hoībus. i. ad vtilitatē hoīꝫ
ꝛc. De merito autē fit talis declaratio ſm docto
res ꝙ aliqs dꝛ mereri tripliciter. vno modo de
nō debito faciēdo debitum: vt ī infuſione grē ꝛ
motu li. ar. vel de debito faciēdo magis debitū
vel de vno modo debito faciēdo. alio modo de
bitū. primo ꝛ ſecundo modo ſibi nō meruit cum
a principio fuerit perfectiſſimus. Tertio modo
ſibi meruit. q. donū glīe qđ ſibi fuit debituꝫ per
gratiā vnionis fecit ſibi debituꝫ. alio modo. ſ. ꝑ
meritum bone actionis. Meruit eñ ſibi vitam
eternā iam habitam ſicut nobis habendam ſm
cōpen. theo. li. iiij. adhuc ſuꝑ hoc reſtat amplior
diſtinctio qm̄ mereri contingit tripliciter: vno
modo abuſiue ſicut facere op9 de genere bono
rum. praua intētione ſicut facere elemoſynā cū
murmure ꝛ talia aliqñ remunerātur ex liberali
tate diuine mīe ꝛ vocatur tale meritū interpꝛtatū
merituꝫ. Secūdo mō dꝛ mereri partim abuſiue
et partim ꝓprie ſicut facere opus de genere bo
noꝝ bona intētione: ſed nō ex charitate: et tale
meritū dꝛ meritū ꝯgrui. Tertio modo dꝛ aliqđ
mereri ſimpliciter ꝛ ꝓprie ſicut facere op9 de ge
nere bonoꝝ bona intētione ꝛ ex charitate. ꝛ ta
le meritum dicitur meritum condigni. Et adhuc
contingit mereri ex ꝯdigno tripliciter. vno mō
faciēdo de indebito debituꝫ vt ſupradictum eſt
vt in īfuſione gratie ꝛ motu. li. ar. alio modo fa
ciendo de debito magis debituꝫ ſicut in profe
ctu de virtute in virtutē. alio modo faciēdo de
debito. vno modo debitū. alio modo ſicut de de
bito ꝑ habitū faciēdo debituꝫ ꝑactuꝫ et de vno
debito ꝑactuꝫ faciēdo aliud debituꝫ ꝑ actuꝫ eq̄
bonū. His trib9 meruit xp̄s nobis grē infuſio
nē. grē ꝓmotionē ꝛ bonoꝝ operum multiplica
tionem ſm Bonauen. ſibi autē nō meruit niſi
tertio modo: tñ poſt cōceptionē ipſe nō potuit
de indebito ſibi facere debituꝫ cum oī bono eēt
plenus nec potuit ſibi de debito facere magꝭ de
bitum cū eſſet ab illa cōceptiōe omni grā plen9
ſed ꝙ erat debituꝫ. vno mō fecit debituꝫ pluri
bus modis: ꝛ ita ſibi meruit ſm tertiuꝫ modū dicē
di meritū ꝛ ħ nō fuit ꝓpter ꝑfectionē a pte me
riti: ſed ꝓpter ꝑfectionē a pte merētis ꝛ hoc di
cit mag. ſen. d. non profecit ſm meritum q̄ntum

ad virtutē meriti ꝓfecit tñ q̄ntum ad numerum
meritoꝝ ꝛ ſeqtur quo ad hoc plura tñ habuit in
paſſione merita ꝙ in cōceptione ſm dictū Bo
na. xl. Queritur cū fiat mētio de clauſione ꝛ aper
tione ianue paradiſi quō hoc intelligitur. Solu.
ꝑ ianue celeſtis clauſionē ſpūalit̄ intelligitur pro
hibenda illa ꝓpter q̄ nullus poterat ingredi ad
dei aſpectū. illa aūt ꝓhibenda erāt a diuina iu
ſtitia iuſte puniēte ꝛ a pctō pmi hoīs ꝓmerēte
ꝛc. Apſio ianue celeſtis videtur facta fuiſſe in paſ
ſione: qꝛ habetur in glo. ad colo. i. Crucis eius ſiue
q̄ in celis ſiue q̄ in terris ſunt pacificās per ſan
guinē ꝛc. pꝫ ꝑ paſſionē introit9 in celū tamē ſm
bedā ſupra lucā habetur duꝫ ille iordanis aq̄s ſu
bijt nobis celi ianuā pandit exponēs illud Lu.
iiij. Ieſu baptizato ꝛ orāte aptum eſt celuꝫ per
qđ videtur ꝙ ꝑ baptiſmū fuerit apta celi ianua. ꝑ
orationē tñ q̄ cantatur in die reſurrectiōis videtur
ꝙ in reſurrectione fuerit apta qua dꝛ. De9 q̄ ho
dierna die ꝑ vnigenitū tuū etnitatis nobis adi
tum deuicta morte reſeraſti. Suꝑ pmiſſis eſt te
nendū ꝙ obſtaculum culpe ammonebat baptiſ
mus. obſtaculū debiti ratione offenſe āmonuit
paſſio vbi facta fuit ſatiſfactio obſtaculū mortꝭ
xp̄i reſurrectio. ꝛ ita ianue apſio incboari dꝛ in
baptiſmo ꝑfectionē habere in paſſiōe cōplemē
tum in reſurrectiōe manifeſtationē in aſſenſio
ne. xli. Et qm̄ hec iā facta ſunt ideo ꝟtus baptiſ
mi eſt ianuā apire nō ꝑ ſe tm̄ ſꝫ ꝓpter hoc ꝙ iaꝫ
facta eſt oblatio hoſtie vere. Queritur vtrū per
paſſionē liberemur a pena pctī. Sol. duplex eſt
pena. ſ. oppreſſiua et ꝓmotiua: a pena ꝓmotiua
nō liberat ſed aīat et aīando facit vt non poſſit
oppmere illa pena: ſꝫ vt exerceam9 ꝑ illā ad pa
tientiā ꝛ miam. A pena ꝟo oppſſiua liberat q̄ ē
pena ſenſus. ſ. a morte eterna q̄ eſt etiā pena dā
ni q̄ eſt carētia viſionis diuine. Liberat etiam a
pena ſatiſfactoria ſicut pꝫ in ſacro baptiſmi libe
rabit etiā in futuro ab oī pena fame ſiti ꝛc. vnō
. i. pe. ij. Pctā noſtra ꝑtulit in corpore ſuo ſuꝑ li
gnū. pctā. i. penam pctōꝝ ſm glo. ꝛ Yſa. liij. ꝟe
langores noſtros ipe tulit dolores noſtros ipſe
portauit vulnerat9 eſt ꝓpter iniq̄tates noſtras
xlij. Queritur vtrū ſol9 fili9 fuerit redēptor. Sol.
duplex pōt aliqs dici redēptor aut auctoritate
aut ab executiōe. Si pmo mō nō tm̄ ꝯpetit op9
redēptionis filio ſꝫ prī ꝛ. ſſ. Si ſcđo mō ſic reſpi
cit humanitatē q̄ aſſumpta ē a ſolo filio: ꝛ ſic cō
petit ſoli filio. apocꝭ. v. Redemiſti nos ī ſangui
ne tuo: qm̄ ꝯpetit patri habetur. Io. iij. Sic dile
xit de9 mundū vt filiū ſuū vnigenitū daret. Quō
cōpetit. ſſ. pꝫ ī illa pte ſymboli. Qui ꝯceptus eſt
de. ſſ. ꝛc. xliij. Quint9 articul9 eſt credere ꝙ deſcē
derit ad inferna ſm aīam ibi. Deſcēdit ad infer



na quē cōpoſuit btūs philipp9. de quo Oſee. xiij
O mors ero mors tua morſus tuus ero inferne
Hic attendenda eſt hoīs ꝑuerſitas q̄ nō vult de
um ſeqni in celuꝫ. Qui hoīem ſecut9 eſt in infer
nū aīa xp̄i poſt mortē deſcendit ad inferna ſiue
ad limbū ad deliberationē eoꝝ q̄ xp̄i mēbra exi
ſtentes de hoc ſeculo trāſierāt. Diabol9 eñ duꝫ
in eū manū extendit in quo nihil iuris habebat
merito amiſit in alijs ptātem. Iſta fuit vna cau
ſa quare xp̄s deſcendit ad inferna. Alia cā vt tā
tus fuiſſet deſcēſus q̄ntus fuit liberādoꝝ caſus.
Prim9 eñ hō ſic ī ſtatū liberi arbi. poſit9 fuerat
vt poſſet ad vitā aſcendere vel ad mortē deſcē
dere ꝓut vellꝫ: ſꝫ pctō ꝑpetrato ſic vnū brachiū
ſtatere ꝑ onus culpe depſſuꝫ ē vt eēt in ymo in
ferni. alteꝝ vero brachiū in ſummo celi. nō eñ
deſcenderet brachiū depſſuꝫ niſi aſcēderet aliō
brachiū. Deſcēdit eñ dñs vſqꝫ ad infernū vt ho
minē captiuū eleuaret vſqꝫ ad celū. Alia cā qua
re xp̄s deſcēdit ad infernū. ſ. vt ſicut viu9 fuerat
lumen mundi per pñtiam corꝑalem ita mortu9
eſſet lumē inferni ꝑ diuinitatꝭ maieſtatē. Alia
cā vt idē xp̄s hoc exequeretur ꝑ efficatiā qđ paſſi
one ſua meruerat ꝑ ſufferētiā. meruit eī nobis
principalr̄ duo ꝑ ſuā paſſionē. ſ. ſatiſfactōeꝫ ꝛ ia
nue aptionē: ꝛ idō hec duo efficit in deſcēſu ſuo
ad inferos: qꝛ ꝑ ſatiſfactōeꝫ ſoluta ſunt vincula
captiuitatꝭ. ꝑ aptionē aūt ianue facta eſt illumi
natio ipſi9 carceris etiā ſm lucē exteriorē. Libe
rauit aūt xp̄s oēs illos qui meriti ſui fuerūt ca
paces ſicut fuerūt ſctī patres qūi nō ꝓpt̄ reatū
ꝑſone ſed tm̄ ꝓpt̄ reatū nature. ſ. ꝓpt̄ pec. origi.
detinebātur. dānati eñ hui9 meriti nō erant ca
paces. aīa eī xp̄i ꝑ triduū mortis ſue cū ſanctis
patrib9 ī limbo fuit. ibidē fuit aīa latronis cui
dixit dñs: hodie mecū eris ī paradiſo ꝛ noīe pa
radiſi notatur dei fruictio: qꝛ ꝑacta paſſione tam
latro q̄ alij q̄ erāt in limbo viderūt deū ꝑ eſſen
tiā. Sed qꝛ dꝛ deſcendit ad inferna. nota ꝙ no
men inferni ſumitur dupliciter. ſ. ꝓ pena ꝛ ꝓ loco
pene ſm pmū modū dicitur ꝙ demones ſꝑ infer
nū ſecū portant: ſed ſc̄ꝫ q̄ntuꝫ infern9 ſumitur ꝓ lo
co pene infern9 quadrupliciter diſtinguitur qm̄
vnus eſt infernus dānatoꝝ in quo eſt pena ſen
ſus ꝛ dāni ac tenebre exteriores ꝛ interiores. ſ.
abſentia gratie ꝛc. ſuꝑ iſtum infernū ſeu locū ē
limbus puerorū: ibi eſt pena dāni ꝛ non ſenſus
ꝛ ſūt ibi tenebre exteriores et interiores. ſuper
hunc locum eſt purgatorius locus in quo eſt pe
na ſenſus ꝛ dāni ad tps: ꝛ ſūt ibi tenebre exteri
ores: ſed nō interiores: quia ꝑ gratiā habent lu
cem interiorem. Supremus locus inter hec eſt
lib9 ſctōꝝ patꝝ vbi fuit pena dāni ꝛ nō ſenſus ꝛ
fuerūt ibi tenebre exteriores: ſꝫ nō tenebre pri

uatōia gratie. Ad hunc locū xp̄s deſcendit ꝛ ſu
os inde liberauit: ꝛ ſic īfernū momordit: qꝛ par
tem abſtulit: ꝑtem reliquit: morteꝫ vero quo ad
electos xp̄s penitus d̄ſtruxit ſicut dꝛ in oſee. O
mors ero morſus tu9. Hic quoqꝫ loc9 ſinus abra
he dicebatur qꝛ ibi abrahā fuit: ſed nūc celū empi
reum eſt ſinus abrahe: qꝛ ibi eſt abrahā. Item a
nullo predictoꝝ locoꝝ eſt tranſitus ad aliū niſi
a purgatorio ad limbū ſanctoꝝ patrū. Ex predi
ctis pꝫ quare cantat ſancta mater eccleſia. Libe
ra aīas oīm defunctoꝝ de manu inferni ꝛ de ꝓ
fundo lacu. vbi infern9 ſumitur ꝓ purgatorio ſi
cut qñ dꝛ ꝙ xp̄s deſcendit ad inferna intelligitur
ad limbū ſanctoꝝ patrū. xliiij. Item ex pmiſſis
eſt notandū ꝙ xp̄s mortuus in corꝑe deſcendit
ad inferos in anima et ſurrexit in vtroqꝫ. Item
eſt tenendū ꝙ xp̄s in illo triduo totus fuit in ſe
pulchro: ſed non totū: qꝛ totus dicit ꝑſonaꝫ to
tum vero naturam. xlv. Item eſt notandū ꝙ cū
vnio aīe cū corꝑe faciat hoīem xp̄s ī illo triduo
nō fuit hō ſꝫ caro vnita eſſet cū verbo. xlvi. Sꝫ
videtur ꝙ credere xp̄m d̄ſcēdiſſe ad īferna nō ſit
articulus. nam dubitare d̄ articulis infidelitas
eſt: cū ergo Ioh. baptiſta de hoc dubitauerit. et
Ioh. fidelis fuerit ꝛ ſanct9 veſter ꝙ nō fuerit ar
ticulus ꝙ dubitauerit apparet. Mat. xi. c. tu es
qui ventur9 es an aliū expectam9. Glo. nō ait q̄
veniſti. q. d. cū ad inferna deſcēſurus ſim debeo
nunciare te inferis qui te nūciaui ſuꝑ terris. du
bitauit ergo Io. vtrū xp̄s deſcēſurus eſſet ad in
feros. So. duplex eſt dubitatio quedā īfidelita
tis: de qua Mat. xij. generatio adultera ſignuꝫ
querit. Alia eſt dubitatio pietatis vel cōpaſſio
nis. d̄ qua habetur Mat. xvi. dixit xp̄s petro ꝛ di
ſcipulis. ſ. ꝙ oportebat eū pati ꝛ occidi a ſcribis
ꝛ pncipibus ſacerdotuꝫ ꝛ tertia die reſurgere a
mortuis: cui petr9 abſit hoc a te dñe. primo mō nō
dubitauit Io. cū eſſet fidelis ſi crederet chriſtū
deſcenſurū ad inferos: ſed ſcđo mō dubitauit ex
amore ꝛ cōpaſſione ꝯſiderās q̄ paſſurus erat ſi
cut mulier vidēs infantē ſuū mortuū q̄rit ex cō
paſſione es ne mortuus filij mi: ꝛ tñ nō dubita
ꝛ hoc eſt qđ dicit glo. Nō fide ſed pietate dubit
uiuit. xlvij. Sext9 articulus eſt credere ꝙ tertia
die reſurrexit a mortuis quē ꝯpoſuit btūs Tho.
d̄ quo Oſee. vi. In die tertia ſuſcitabo eū ꝛ Za
cha. ij. Sileat oīs terra a facie dñi q̄ cōſurrexit
de habitaculo ſancto ſuo. Xp̄s reſurrexit tertia
die a mortuis reſumēdo corp9 nō tale q̄le prius
hūit: ſꝫ īpoſſibile ꝛ īmortale. Caro enim xp̄i q̄ in
natiuitate floruit in paſſione cecidit ꝛ ī reſurre
ctione refloruit: tūc viuificatū eſt granū frumē
ti ꝙ cadens in terra mortuū fuerat: tamen ſine
corruptōe corporis: vñ ps. Non dabis ſanctum

tuum videre corruptionem. Probauit eñi dñs
reſurrectionē eſſe veram ꝑ angelos ꝗ non men
tiũtur. Math. xxviij. Reſpõdēs aũt angelꝰ mu
lieribus dixit nolite timere. ſcio eñi ꝙ ieſuʒ qui
crucifixus ē q̃ritis ſurrexit ſicut dixit: ꝛ Jo. xx.
Itē ꝓbauit ꝑ nũcios quoꝝ validiſſimũ eſt teſti
moniũ. Mat. xxviij. angelus quoſdã de cuſtodi
bus terruit qui venerũt in ciuitatē ꝛc. Et nũcia
nerũt principibus ſacerdotuʒ ꝛc. Item ꝓbauit
eam nõ arte magica facta ꝛ hoc ꝑ comeſtioneʒ.
Luce. xxiiij. ꝛ cum mãducaſſet coram eis. Itē ꝓ
bauit eam eſſe factã in eodē corpe: ꝛ hoc ꝑ oſtē
ſionē cicatricũ. Jo. xx. Item ꝓbauit eaʒ eſſe fa
ctam in corpore glorificato vnito ſemꝑ diuini
tati: ꝛ hoc ꝑ ingreſſuʒ ad diſcipulos ianuis clau
ſis. Jo. xx. cũ eſſet ſero ꝛ fores eſſent clauſe vbi
erant diſcipuli cõgregati ꝓpter metuʒ iudeoꝝ
venit ieſus ꝛ ſtetit in medio. Iteʒ ꝓbauit eã do
minus idem multis alijs apparitõibꝰ. apparuit
eñi ipã die reſurrectõis q̃nquies marie magda
lene vt tenetur cõiter ab eccleſia. Itē petro: ſed
non inuenitur modus. Itē apparuit diſcipulis
euntibꝰ in emaus. Lu. xxiiij. Iteʒ ianuis clauſis
quãdo thomas erat cum alijs diſcipulis. Jo. xx.
Iteʒ apparuit inter reſurrectionē ꝛ aſcenſiõeʒ
pluries ad mare tyberiadis. Jo. xxi. In monte
tabor. Mat. vlt. In hieruſalē qñ cõedit cũ diſci
pulis. Lu. xxiiij. In monte oliueti quãdo aſcen
dit celum. act. i. videntibꝰ illis eleuatꝰ eſt: ꝛ Lu.
xxiiij. Multis de cauſis dñs ſurrexit a mortuis
vna vt ſcripturas ĩpleret qñ dixerat ecce aſcen
dimus hieroſolimã ꝛ filius hoĩs tradetur ꝓnci
pibꝰ ſacerdotũ ꝛ ſcribis ꝛ ꝯdēnabunt eũ morte
ꝛ ſequitur tertia die reſurget. Iteʒ vt nos ſpũa
liter ꝓuocaret quia turpe ē vt ſedeat ſeruꝰ quã
do coram eo ſurgit dñs. Item vt futuram reſur
rectionē eē ꝓbaret. Item vt potentiam ſue di
uinitatis oſtēderet qꝛ mortuos viuificare nõ eſt
opus nature: ſed potētie diuine. Non eſt eñi re
greſſus de priuatõne ad habitũ in via naturali.
Item vt nos ad ꝯtēnendũ terrena ꝓadipiſcen
da celeſtia gloria aiaret ꝛc. reſurrexit ergo ter
tia die nam ſicut ianuis clauſis ad diſcipulos in
trauit ꝛ ſicut ſalua virginitate de vtero matris
exiuit. ſic eũ mortuũ nec petra in qua iacuit nec
militũ cuſtodia potuit retinere. xlix. Querit̃ q̃re
tertia die reſurrexit. So. vt ꝓbaretur vere mor
tuus. Et ſicut in ore triũ teſtiũ ſtatõe verbũ. ita
in tribus diebꝰ experi de teſti. ꝛ Mat. xviij. ſic in tribus diebꝰ experi
tur omne factuʒ. i. ad Coꝝ. xv. Reſurrexit tertia
die. Glo. ꝓbata vera morte. Et ſic argueret̃ ſic ſi
cut fuit ionas in ventre cete. Mat. xij. tribꝰ die
bus ꝛ tribus noctibꝰ ꝛ poſtea reſurrexit. ſic erit
filius hoĩs in corde terre tribus diebꝰ ꝛ tribus

noctibꝰ hoc ē in ſepulchro ꝛ poſtea reſurget: ſʒ
xp̃s nõ fuit tribus diebꝰ ꝛ tribꝰ noctibꝰ in ſepul
cro per illud qꝺ habetur ad Ro. vi. ſciētes ꝙ ve
tus homo noſter crucifixus ē. ibi. d. glo. aug. ꝙ
vna die ꝛ duabꝰ noctibꝰ fuit xp̃s ĩ ſepulchro: er
go ꝛc. Sol. computatio in ſcriptura fit duobus
modis. vno modo cũ preciſione vt tantũ ita eſt
ꝙ nec plus nec minꝰ: ꝛ ita dicit Augu. ſuper illꝺ
ad Roma. vi. ſciētes ꝙ homo crucifixus eſt qui
vna die ꝛ duabꝰ noctibꝰ iacuit in ſepulchro. alio
modo fit cõputatio per ſynodochē ita vt ꝑ par
tem intelligatur totũ ꝛ ita intelligit̃ auctoritas
beati Mat. ꝛc. l. Queritur qua hora reſurrexit
dominꝰ. Quidam dicunt ꝙ media nocte qꝺ pro
bauit per illud Judicuʒ. vi. Dormiuit ſanſon vſ
qʒ ad mediaʒ noctem Glo. ſanſon media nocte
non ſolum exiuit: ſed ꝛ portas tulit. ſic ſaluator
noſter non tm̃ liber exiuit de inferno: ſed ꝛ clau
ſtra inferni confregit ꝛ habetur per glo. ꝙ chri
ſtus per ſanſonē deſignatur ergo media nocte.
Alij dicũt ꝙ ſurrexit diluculo. iuxta illꝺ Mat.
iij. elegit ſiſias ptholomeũ. Glo. ab hora mortꝭ
chriſti vſqʒ ad horam reſurrectõis. xl. hore com
putantur. ergo diluculo reſurrexit. Nã. xl. hore
ſunt ad hora none paraſceues vſqʒ ad diluculuʒ
diei dominice. Ad hoc reſpondent illi ꝓme opi
nionis ꝙ nõ ſurrexit diluculo: ſed debet intelli
gi illud de manifeſtatõe reſurrectõnis nõ de tē
pore: ꝛ ſic tenēt ꝙ ſurrexit media nocte: ſed eiꝰ
iniuriā eſt opus mīe. ⁊ eodeʒ beati eritis cū maledixerint vobis hoīes ⁊ ꝑſecuti vos fuerint mētiētes ꝓpter nomē meū. ⁊ Luce. xxi. In patientia veſtra poſſidebitiſ aīas veſtras ergo magnū premiuʒ expectat patiens ⁊c. Aliud remediū ē ꝯſideratio ſacraꝝ ſcripturarū q̄ diſſuadent nobis illꝺ viciū ire. Leui. xix. Ne oderis fratrē tuū in corde tuo nec q̄ras vltionem nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ. ⁊ Ro. xij. Bñdicite ꝑſequentibꝰ vos: benedicite ⁊ nolite maledicere. ⁊ eodē Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos nulli malum ꝓ malo reddentes: ⁊ eodē. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum: q̄ eñ patiēs eſt multa gubernat̃ prudētia. q̄ aūt impatiēs eſt exaltat ſtulticiā ſuā. ꝓuer. xiiij. ⁊ i. Pe. iij. Nō reddētes malū pro malo: nec maledictū ꝓ maledicto. Aliud remediū eſt ꝯſideratio cōſiliū ſaluatoris noſtri qui ꝯſuluit nobis. Math. v. Diligere inimicos noſtros: ⁊ orare ꝓ ipſis cū dicit. diligite inimicos vr̃os ⁊ bñfacite his q̄ oderūt vos: orate ꝓ ꝑſequētibus ⁊ calūniantibꝰ vos: vt ſitis filij pr̃is veſtri q̄ in celis eſt: qui facit ſolem ſuū oriri ſuꝑ bonos et malos cuiꝰ actio ē nr̃a inſtructio. Jo. xiij. et quē debemꝰ ꝓpoſſe imitari ſicut veri filij patrē. Si offers munꝰ tuū ad altare et ibi recordatus fueris: qꝛ frater tuus hʒ aliquid odij aduerſum te relinque ibi munus tuū ante altare ⁊ vade prius recōſiliari fratri tuo et tunc veniēs offeres munus tuum. Math. v. Qꝛ q̄ eſt ex deo diligit fratrē ſuū: ⁊ q̄ ex deo nō eſt nō diligit. i. Jo. iij. Aliud remediū eſt exēpluʒ ipſius ſaluatoris noſtri q̄ in oībus tribulationibꝰ ꝓ noſtra redēptione fuit patiēs humilis ⁊ benignꝰ q̄ cū malediceret̃ nō maledicebat: q̄ cū iproparēt et ꝯuiciarētur ei tacebat ſicut ouis corā tondente nobis reliquēs exēplū: vt quēadmodū ipē fecit ⁊ nos ꝓpoſſe faciamꝰ q̄ dum in cruce penderet orauit patrē ꝓ crucifixoribꝰ di. Pat̃ ignoſce eis: qꝛ neſciūt quid faciūt. Itē exemplū. b. Stepha. ꝓthomartyris q̄ rogauit ꝓ lapidātibꝰ eū. d. Actu. vij. Dñe ne ſtatuas illis hoc pctm̄ ⁊c. ⁊ ſic de pluribꝰ alijs. Aliud remediū eſt periculū cui iracūdꝰ ſe exponit: qꝛ viuit ī pctō mortali. i. Jo. ij. Qui odit fratrē ſuū in tenebris ē ⁊ neſcit quo vadit: ⁊ ſic multa bona ꝑdit: qꝛ oīa q̄ fiunt extra charitatē non ſunt meritoria ad glīam vt tenēt oēs theologici ſm illꝺ. i. ad Coꝛ. xiij. Si linguis hoīm loquar ⁊ āgeloꝝ ⁊c. Si diſtribuero oēs facultates meas ⁊c. charitatē nō habeāt nihil mihi ꝓdeſt. Itē ſm Aug. Stultū ē hoī viuere ī illo ſtatu ī quo nō audet mori: ſicut viuere ī pctō mortali cuiuſmodi eſt ira: qꝛ ſi ſic moriatur vt tenēt docto. noſtri deſcendit ad inferos. vñ q̄ charitatē nō hʒ oē bonū qꝺ hʒ amittit. Math. xxv. cui ꝯcordat Amb. aliud remediū eſt ſiľe huic. ſ. ꝯſideratio eťne dānationis ſi in illo vicio decedat. ad Gal. v. Manifeſta ſunt opa carnis inimicitie rixe ⁊ ſeqnit̃ q̄ talia agūt regnū dei nō ꝯſequent̃. Cor durū male habebit ī nouiſſimo. eccc. iij. ⁊ Ja. ij. Judiciū fiet ſine mīa illi q̄ miaʒ non fecit ⁊c. ⁊ Mat. v. Oīs q̄ iraſcit̃ fratri ſuo reus erit iudicio: ⁊ ꝓbat̃ qꝛ omis q̄ iraſcit̃ fratri ſuo homicida ē ⁊ oīs homicida non hʒ vitā eťnā: ergo. i. Jo. iij. Qui vidicari vult a deo inueniet vidictā. Eccľ. xxviij. Et ſeqtur pctā illiꝰ ſeruās ſeruabit: ⁊ eoꝺ. Memēto nouiſſimoꝝ ⁊ deſine inimicari mēorare timoris dei ⁊ nō iraſcaris ꝓximo. aliꝺ remediū ē ꝯſideratio p̄cepti ſaluatoris nr̃i Jo. xv. Hoc eſt eī p̄ceptū meuʒ vt diligatis iuicē ſicut dilexi vos ⁊c. ¶ Querit̃ circa p̄miſſa vtꝝ teneatur q̄s remittere iiuriā inimico petēti veniā. So. Cum diſtictōe ex iiuria ſolēt oriri tria ſcʒ rācor in affectu rōnis: ſignū ī affectu: ⁊ actio ꝯtra iniuriā. Primum tenet̃ q̄lʒ ſtatī remittere ſi nō roget̃. Scꝺʒ tenet̃ remittere veniā veraciter petētis. parato emēdare ſʒ facultatem ſuā. Tertiū nō tenet̃ remittere de iure ⁊c. Si auteʒ ſcire velis vtꝝ ille cui facta ē iiuria debeat amicitiā q̄rere. no. ꝙ duplex ē debitum. ſ. neceſſitatis ⁊ ꝑfectōis ſm Alber. in ſuo ꝯpen. Neceſſitatis ſine q̄ nō ē ſalꝰ ⁊ q̄ntū ad hoc nō tenet̃ iiuriatus q̄rere recōſiliationē: ſʒ q̄ntū ad debitum ꝑfectionis dʒ iniuriatꝰ q̄rere recōſiliationē. vt ſm Criſo. duplicē coronā ꝯſequat̃. Vna q̄ iniuriā paſſus eſt. Alia qꝛ prior q̄uis iniuriatꝰ rogauit recōſiliationē. Sʒ q̄ritur vlteriꝰ q̄d dicēdū ad illud. Malach. i. Credo ⁊ recitatiue. Mat. v. Diliges amicū tuū ⁊ inimicū odio habebis. Sol. Illꝺ ē rigoris nō mīe ⁊ grē ⁊c. Pro quo notandū eſt ꝙ reddere malū ꝓ malo ē fragilitatis ſicut fecit Joab qñ interfecit abſalon interfectorē fratris ſui. ij. Reg. xvij. Reddere malū ꝓ bono ē ꝑuerſitas ſicut fecit iudas qñ tradidit magiſtrū ſuuʒ ſaluatorē nr̃m q̄ tot bōa ſibi fecerat. Mat. xxvi. vñ ꝓuer. xvij. qui reddit mala ꝓ bonis nō recedet malū ꝺ bono eiꝰ. reddere bonū ꝓ malo ē ꝑfectōis vt ſuadet nob̄ ſaluator nr̄ ī plubus paſſibꝰ ⁊ oēs ſacre ſcp̄ture vt ſupiꝰ dixi reddere bonū ꝓ bono ē eq̄tatiſ ſicut fecit aſſuerꝰ rex mardocheo qñ honorauit eū p̄ceteriſ: eo ꝙ mardocheꝰ ꝓſeruerat euʒ ab eunuchis cupiētibꝰ eū ing̃lare. Heſt. vi. cōtra irā pacia ſeu māſuetudo

Inuidiā fugito bona fratris amare velito
Nam liuor ſiccuʒ corpꝰ facit ⁊ cor iniquum
Inuidus ē triſtis alioꝝ

cum bona cernit ꝙuis
Gaudet de dānis bona nō noceāt ſibi
Emul⁹ īpugnat verū de fratre ſuſurrat
Detrahit accuſat alioſqꝫ iuuare ꝛcuſat
Propter liuorē fraternū frāgit amorē
Lumine cecaꝛ de re munda maculatur
Lāguet marceſcit homo liuidus atqꝫ ſeneſcit creſcit
Corpore marceſcit cernēs ꝙ res mea
Effuge liuorē zelādo fratris honorem
Qui bōa friſ amat ſemet v̄tutib⁹ ornat

IN iſto cap. auctor noſter determinat de
pctō inuidie diuidēs illud ca. in q̄ttuor
partes. In prima pte ponit diffinitionē
inuidie. in ſcda aſſignat ſpēs inuidie. in
tertia inſinuat incōueniētia q̄ ꝓueniūt ex inui-
dia. In quarta docet remedia contra inuidiam.
Pria in principio. ſcda ibi. Inuid⁹ eſt triſtis. ter
tia ibi. Lumine cecaꝛ. quarta ibi. Effuge liuorē
Quantū ad primā ptē ē no. ꝙ iuidia ſm Augu.
eſt maluꝫ felicitatꝫ aliene. vel ſm Jo. damaſce.
Inuidia eſt triſticia d̄ bonis alienis. ꝛ dr īuidia
ab in qd̄ eſt nō ꝛ video es. qꝛ nō pōt videre bōa
alioꝝ. Quātum ad ſcdam ptem in q̄ erant īſinu
ande ſpēs iuidie eſt no. ſm beatū Greg. ꝛ Alb.
in ſuo ꝯpen. ꝙ inuidie ꝓncipaliter ſunt quinqꝫ
ſpēs. Pria eſt odium qd̄ eſt velle malū alicui et
nolle bonū. Secūda ſpēs eſt exultatio in aduer
ſis ꝓximi. talis exultatio eſt quaſi gaudiū frene
ticoꝝ qui gaudēt de eo. vñ eēt dolenduꝫ. de hoc
legitur ꝓuer. xvij. Qui iniuria letatur alterius
nō erit impunit⁹: qm̄ pro exultatione trāſitoria
dabitur ei pena etna. vñ ſcda ad Coꝝ. xi. Quis
infirmaꝛ ꝛ ego nō infirmor. Tertia ſpēs ē affli-
ctio in bonis ꝓximi. Quarta ſpēs eſt detractio
latēs q̄ cōiter dr ſuſurratio. quīta ſpēs eſt detra
ctio in apto eo ꝙ intēdit aperire melior illo cui
detrahit. Quantū ad tertiā partē eſt notāduꝫ ꝙ
inuidia multa incōueniētia inducit. Vnū qꝛ bo
na ꝓximi videre nō pōt: ideo de lumine cecatur
cum nō pōt videre bona proximi de quibus debe-
ret gaudere: qꝛ eſt preceptū dñi. Math. xxij. vñ
Job. v. Loquens de iſto incōuenienti ait. Per
diem incurrēt tenebras ꝛ quaſi in nocte ſic pal-
pabūt in meridie. ſup quo glo. Greg. Mens in
uidi tam de alieno bono affligitur ꝙ radio lucꝫ
obſcuraꝛ. Et ſubditur dies boni operis in ꝓxi-
mo lucet exteri⁹: ſed quaſi in nocte palpāt inui-
di: qꝛ liuore ceci: iō inuid⁹ cōparaꝛ noctue ꝛ veſp
tilioni q̄ nō pñt videre lucē. vñ aug. Ocul' egris
odioſa ē lux q̄ oculis purꝫ amabilis ē. Inuid⁹ em̄
deterior eſt porco qꝛ porc⁹ porco q̄ occidiꝛ ꝯpa-
titur: vt pꝫ p experientiā. Inuid⁹ autē fratri ſuo
cui inuidet nō ꝯpatiꝛ: iſtud em̄ viciū facit homi
nē inuidum aſſimilari diabolo. vñ Sap. ij. Inui
dia diaboli introiuit mors in orbē terrarū. et ſe
quiꝛ in eodē. c. imitanꝛ illuꝫ q̄ ſunt ex parte ipſi
us. Aliud incōueniens: qꝛ illud vicium facit ho
minē aſſimilari draconib⁹ ꝛ ſerpētibus. yſa. xiij.
vñ Math. iij. Progenies viperarū quis demon
ſtrabit vobis fugere a vētura ira. q. d. nullus. et
eodē. xxiij. Serpētes genimina viperaruꝫ quō
fugietis a iudicio gehēne. Cauſa eſt qꝛ inuidi di
recte faciūt ꝯtra charitatē ſine qua null⁹ pōt ſal
uari vt videtur velle Apoſt. i. ad Coꝝ. xiij. Vbi
poſtꝙ enumerauit oēs actus virtuoſos elemo-
ſynā martyriū ꝛc. qñ dicit ſi dedero corp⁹ meuꝫ
ita vt ardeā ꝛ diſtribuero oēs facultates meas i
cibos pauperū ꝛc. charitatē aūt nō habeā nihil
ſum glo. quo ad actuꝫ aliquē quo ſaluari poſſim:
ideo ſine charitate īpoſſibile eſt ſaluari. Jō. di.
Aug. xv. De trinitate illo dono charitatꝫ nulluꝫ
eſt excellētius ꝛc. Iſtud em̄ viciuꝫ eſt peſſim⁹ et
difficulter remiſſibile qꝛ inuidētia fraterni bōi
eſt vna ſpecies peccatoꝝ in. ſſ. ꝛ pctm̄ in. ſſ. diciꝛ
irremiſſibile. Mat. xij. Qui dixerit ꝯtra. ſſ. ver-
bū nō remitteꝛ ei nec in hoc ſeclo nec in futuro
ꝛ. i. Job. v. Eſt enim peccatū ad mortē nec ꝓ eo
dico vt quis oret: quare dicatur irremiſſibile ꝛc.
Declarabo inferius vbi eſt text⁹ de illa materia
ibi. Qui peccat nimiū. Qd̄ ſit peſſimuꝫ peccatū
ſeu viciū patet qꝛ ꝯtrariaꝛ charitati large loquē
do. mō charitas ē optima ꝛ excellentiſſima vir-
tus: ergo inuidia peſſimū viciū. vñ Gen. xxxvij.
Vocaꝛ fera peſſima: fera peſſima di. Jacob de-
uorauit filiuꝫ meum ioſeph qñ vidit veſtimēta
glo. fera peſſima. i. īuidia. Aliō incōueniēs ē: qꝛ
talis de pinguedie alioꝝ marceſcit ex reb⁹ ei op
timis īuidi colligūt ſpinas ꝛ de ficub⁹ tribulos.
Mat. vij. ideo dicit dñs Mat. xx. Inuido ocul⁹
tuus neqꝫ eo ꝙ inuid⁹ nō pōt videre bonū ꝓxi-
mi ſui. vnde Eccle. xx. Neqꝫ eſt oculus inuidi et
auertēs faciē ꝛ deſpiciens aiam ſuā. Aliud incō
ueniēs eſt: qꝛ tales inuidi de ſanitate alioꝝ infir
mātur ꝛ de vita moriūtur: ꝛ ſicut deū diligētib⁹
oia cooperātur in bonū ad Ro. viij. ita iuidis in
malū. Inuidus em̄ moriꝛ de bono odore de quo
alij viuūt. vñ aſſimilatur bufoni q̄ non pōt pati
odorem vinee florentis: aſſimilatur inde q̄ mur
murauit de effuſione vnguēti ꝓcioſi. Johā. xij.
Aliud incōueniens eſt qꝛ inuidia cruciat domi
num ſuum ſicut vermis q̄ naſcitur in ligno prio
lignū in quo naſciꝛ corrodit. ꝓuer. xxv. vñ Hie
ro. Inuidia primū ſui mordax. ꝛ ala. d̄ para. Nil
aliō niſi ſe valꝫ ardēs et bna cremare. Sic ſe nō
alios inuid⁹ igne coquit. vñ Sene. Vtinā iuidi



oculos in oībus ciuitatib⁹ haberēt: vt de oībus
ꝓfectib⁹ torquerētur. Aliud incōueniens: qꝛ in
uidia aufert homini ꝓximū quē debet amare ſi
cut ſeipſum. vñ Hugo de ſctō vic. ſupbia aufert
mihi deū ira meipm̄ inuidia ꝓximū. Aliud incō
ueniēs eſt: qꝛ ex inuidia paupertas ꝛ ignominia ſe
pe ꝓueniūt. vñ. ꝓuer. xxviij. vir q̄ feſtiat ditari
ꝛ alij inuidet ignorat ꝙ egeſtas ſupeminet ei et
ꝯtumelia ppetuū. Inuidus em̄ ꝯparaꝛ ꝓdicto-
ri. vñ ꝓuer. xxiij. Ne comedas cum hoīe iuido ꝛ
ne deſideres cibos eius: comede ꝛ bibe dicet ti
bi ꝛ mēs ei⁹ non eſt tecum: q̄ ꝓditor. In hoc em̄
aſſimilaꝛ cani qui blāditur ī facie ꝛ a tergo mor
det ꝛ iude q̄ magiſtrū ſuuꝫ oſculo tradidit. Inui
dia em̄ eſt ſignū cognoſcēdi diſcipulos diaboli.
vñ ſicut dñs di. diſci. ſuis. Johā. xiij. In hoc co-
gnoſcēt hoīes qꝛ diſcipuli mei eſtis ſi dilectiōeꝫ
habueritis inuicē. ſicut. d. diabol⁹ diſcipulis ſuis
in hoc cognoſcēt hoīes: qꝛ diſcipuli mei eſtis ſi
inuidiā habueritis inuicē. Inuidi em̄ ſocij ſunt
diaboli ꝛ in lucro ꝛ in dāno: qꝛ qñ diabol⁹ lucra
tur gaudet ꝛ qñ pdit dolet ſm Augu. Inuidus
em̄ potius vult habere ſociū in miſeria ꝙ in fe-
licitate. pꝫ per quoddā exemplū de quodam re-
ge qui cōceſſit vni auaro ꝛ cuidā iuido inuicem
inimicātib⁹ mun⁹ qd̄ eligerēt tali mō ꝙ donum
eius q̄ poſteri⁹ peteret duplicareꝛ ꝛ cum vterqꝫ
differret petere precepit rex inuido vt prius pe
teret ſtatim inuidus petijt vt ſibi erueretur vn⁹
oculus ad finē vt inimico ſuo eruerētur ambo.
ꝛ ꝙ efficereꝛ orbus ꝛc. Tales ei īuidi freq̄nter
mala morte moriūtur. vñ Eccl. xxvij. Laqueo pe
ribunt qui oblectātur caſu iuſtoꝝ et dolor cōſu-
met eos anteꝙ moriaꝛ. et Job. v. virū ſtultum
interficit iracundia ꝛ paruulū inuidia. Mirabi
liter em̄ ceci ſunt inuidi que dolorem ꝓponunt
gaudijs eternis. naꝫ dolore ꝛ cruciatu quotidia
no dolorem merentur eternū. Inuidus cōpara-
tur febricitanti cui boni cibi ſunt contrarij deo
em̄ cōtrariatur: quia vt dicit Augu. tam bonus
eſt deus ꝙ etiam bonū de malo eliciat: ſed inui-
dus tam malus eſt ꝙ de bono malū elicit. Item
diuina bonitas oia bona ſua cōmunicat. inuid⁹
autē nō. deo em̄ placet bonum ꝛ malū diſplicet:
inuido aūt ecōuerſo: vnde poeta Ouidius in li-
bris de trāſformatis deſcribēs inuidum. ſic ait.
Pallor in ore ſedens macies in corpore toto.
Et nuſꝙ recta facies liuēt rubigine dētes. Pe-
cora ſtelle virēt ligue ſuffuſa veneno riſus abeſt
niſi tunc cū ſuffecere dolores. Nec fruitur ſom-
no curis inhiando macreſcit. Quantum ad q̄r-
tum eſt notandū ꝙ pl'a ſunt remedia ꝯ inuidiā.
Primū ē ꝯſideratio maledictōis quā dñs īfert ī
uidis. yſa. v. ve q̄ dicitꝫ bonū malū ꝛ malū bonū
ponentes amarū in dulce ꝛ dulce ī amaꝝ. aliud
remediū eſt ꝯſideratio exhortatiōis ſacre ſcri. q̄
diſſuadet nobis illud viciū ſub pena dānatiōis
ad Gal. v. Manifeſta ſunt opa carnis emulatio
nes inuidie ꝛc. Et ſeq̄tur q̄ talia agūt regnū dei
nō ꝯſitur. Aliud remediū eſt ꝯſideratio ꝓcepti
ſaluatoris nr̄i de dilectiōe Joh. xv. Hoc eſt ꝓce
ptū meū vt diligatis inuicē ꝛc. Aliud remediū ē
ꝙ hō ponat amorē ſuū in illis bonis q̄ pñt hēri
a plibus et ab vno quoqꝫ plene. vñ grego. Qui
faucibus inuidie carere deſiderat illā heredita
tē appetat q̄ nullū poſſidentiū anguſtat. Vnde
Grego. Juſtus p hoc ꝙ nihil in terris appetit
alienis ꝓfectibus inuidere neſcit. Aliud reme-
diū eſt meditatio eoꝝ q̄ ſuadēt nobis dilectionē
ad Gala. v. Nō efficiamur inanis glorie cupidi
inuicem inuidentes omnes em̄ ſumus fratres.
vñ ad Ro. xij. Sicut in vno corpe multa mēbra
habemus oia aūt membra nō eundeꝫ actum ha
bēt. ita multi vnū corpus ſumus in xp̄o. Si aūt
patiꝛ vnū membrum corpis cōpatiuntur ei oia
alia mēbra. ꝛ Eccl. xiij. Oē aial diligit ſuum ſi-
mile. Sic ꝛ oīs hō ꝓximum ſibi. Inuidus ei nō
eſt dignus vt deus ei eternā gloriā cōmunicet
qꝛ bona ſua nō cōmunicauit ꝓximo ſuo ꝛc. virt⁹
contraria beniuolentia ꝛ dilectio.

¶ Sequitur de auaricia

V T ſis ꝓclarus nō ſis cu
pidus nec auarus
Vix vlli carus cupid⁹ nec
quis ſit auarus
Qui capit aut retinet in
iuſte res alienas
Aut pamās gazas diu ꝓponit amori
Qui ſatꝫ ē diues cupit ꝛ pl⁹ nō ſatiat⁹
Et q̄ paupib⁹ donare ſupflua non vult
Oēs ꝓfati merito cenſenꝛ auari
Furtū rapinā ſeu⁹ fraudeꝫ ſymoniam
Cauſat auaricia ludum periuria bella
Oēs theſauri nunꝙ ſaciant cor auari
Quando plus creſcit cenſus plus in-
de fameſcit
Et plus ardeſcit ambitio qñ ſeneſcit
Gazas q̄rēdo labor ꝛ timor ī retinēdo
Ipas pdēdo dolor ꝛ languor cupiēdo
Nunꝙ ſit clar⁹ nec tut⁹ diues auarus
Raptorem furem plenum credit fore
egenum
Semp egen⁹ eris ſi plus ſp tibi q̄ris
Cū cōtentus eris diues tūc efficieris

**Bazas lucrando non ſis cupidus nec amando**
**Nec male ſeruādo ſ3 ſis larg⁹ bn̄ dādo**

In iſto ca. auc. noſter deter. de pctō aua
ricie diuidēs illud ca. in q̄ttuor partes
principales. In p̄ma pte pōit diffinitio
nem auaricie. In ſcd̄a parte ponit ſpēs
principales. in tertia pte auctor doc3 incōueniētē
tia q̄ ſequūtur ex auaricia. In q̄rta pte ꝯſulit re
mediū ꝯtra auariciā. Prima in p̄ncipio. ſecūda
erit ibi. Qui capit aut retinet. tertia ibi. Furtu3
rapina. q̄rta ibi Bazas lucrādo. Quātum ad pri
mam ptem ſciendū eſt ꝙ auaricia ſm̄ Tulliū eſt
īmoderat⁹ amor hn̄di ſm̄ Ber. auaricia eſt q̄rū
libet rerū inſatiabilis ⁊ inhoneſta cupido. Aua
ricia em̄ ſm̄ apoſt. Ephe. v. eſt ydolorū ſeruit⁹: q̄r
hō auarus exhibet creature qd̄ deberet exhibe
ri creatori. ſ. fidem ſpem ⁊ dilectionē q̄ auarus
exhibet theſauris ſuis. Quātū ad ſcd̄am ptē eſt
notandū ꝙ auaricie ſm̄ auctorē ſunt q̄ttuor p̄n
cipales ſpēs. Prīa cū q̄s retinet ⁊ capit iniuſte
res alienas. Scd̄a ſpēs eſt qn̄ aliq̄s p̄ponit amo
ri altiſſimi amorē diuitiarū ⁊c̄. Tartia ſpēs ē qn̄
aliquis ē ſatis diues ⁊ nō ſatiat: ſ3 ſemp plura cu
pit ⁊ deſiderat. Quarta ſpēs eſt qn̄ q̄s retinet ſu
pflua q̄ deberet pauperib⁹ erogare: oēs p̄fati cē
ſentur auari. ſm̄ ei Greg. vt recitat Alb. in ſuo
cōpen. Auaritie ſunt. vij. filie. Prima ē cordis
obduratio q̄ fit omittēdo. Itē filiā vocat Iſi. in
humanitatē. ſcd̄a filia ē violētia hec fit nocēdo
alicui palā p finita mala hanc vocat Iſido. rapa
citatē. Tertia filia ē īq̄etudo. hoc ē appetit⁹ mo
derat⁹ lucri. Quarta filia eſt piuriū qd̄ ſepe acci
dit ī emptione vēditiōe. Quīta filia ē fallacia q̄
fit p v̄ba deceptōis ī oculto. Sexta filia ē franſ
hec eſt deceptio pfecta ⁊ ī p̄ntia illius q̄ decipi
tur. Septia filia eſt pditio q̄ fit ī abſentia dece
pti. Quantū ad tertiā ptē eſt notandū ꝙ ex aua
ricia plura ſequūt incōueniētia quorū aliq̄ enu
merātur ab auctore noſtro in lr̄a. Unū inconue
niēs eſt furtū. vn̄ furtū ē ꝯtractio rei aliene cō
tra dn̄i volūtatē. Inſti. de fur. in cōti. rubri. ⁊ ex
tra de fur. Aliō incōueniēs eſt rapina. vn̄ dn̄s p
Yſa. yſa. lxi. Ego dn̄s diligēs iudiciū ⁊ odio hn̄s
rapinā. de hac rapina loq̄tur Sa. Eccl̄. iiij. Uer
ti me ad alia q̄ ſub ſole gerunt ⁊ vidi calunnias
⁊ lachrymas innocentū ⁊ ꝯſolatorē neminē poſ
ſe reſiſtere eorū violētie cūctorū auxilio deſtitu
tos ⁊ laudaui magis mortuos q̄ viuos: ⁊ felicio
rem vtroq3 iudicaui q̄ nondu3 nat⁹ eſt nec vidit
mala q̄ ſub ſole fiunt. De talib⁹ rapinoſis loq̄tur
dn̄s p Abacuch ꝓph̄am. abacuch. ij. q̄r tu ſpo
liaſti gētes multas ſpoliabūt te oēs q̄ relicti fue

rint de populis: iurauit em̄ dn̄s nō ſe traditurū
obliuioni rapinas eorum. Amos. viij. Magnā
maledictionē et multiformē expectant a dn̄o p
hereditate. Job. xxvij. Hec eſt pars hoīs impij
apud deum ⁊ hereditas violentiarum quam ab
omnipotente ſuſcipient. Si multiplicati fuerit
eius filij in gladio erunt ⁊ nepotes eius non ſa
turabūtur pane qui relicti fuerint. ex eo ſepeliē
tur in interitu ⁊ vidue eius nō plorabūt ⁊ demō
detrahētur ad inferos. puerb. xxi. Rapine im
piorū detrahent eos quo ad inferos vbi emine
hunt toto mundo rapine eorū. vn̄ yſa. xxxiij. Ue
qui predaris. Aliud inconueniēs eſt fenus ⁊ eſt
proprie fenus duplex vſura. Uſura enim eſt q̄c
quid vltra ſorte3 recipio vel recipere intendo.
Uſurarum crimen vtriuſq3 teſtiu pagina dete
ſtatur. xiiij. q. iiij. ca. Quid dicā. nec ſuper eo di
ſpenſationē aliquam poſſe fieri videm⁹ in ca. ſu
per eo. de vſu. vn̄ Leuit. xxv. Time deū tuum vt
viuere poſſit frater tuus apud te pecuniā tuam
nō dabis ei ad vſuram ⁊ frugum ſuperabundā
tiam non exiges ⁊c̄. Scriptū eſt enim Luce. vi.
Mutuū date nil inde ſperantes et erit merces
veſtra multa. ⁊ Deu. xxiij. Fratri tuo id qd̄ indi
get commodabis abſq3 vſura vt benedicat tibi
dominus deus tuus in omni opere tuo in terra
ad quam ingredieris poſſidēdam. ⁊ Mathe. v.
Uolenti mutuari a te nō vertaris: ⁊ vbiq3 intel
ligit nil inde ſperantes. Uſurarū eni3 ſunt due
ſpecies pricipales. ſ. manifeſta ⁊ palliata. de ma
nifeſta non eſt inducēda explanatio: q̄r de ſe eſt
ſatis euidēs. Palliata aūt dicit quaſi pallium te
nens. i. velamē ac ſi velint dicere tales vſurarij
ꝙ nō emineant. Omia enim aperta ſunt oculis
eius. puer. xvi. Oēs vie hominū patent oculis
eius. vn̄ Luce. xij. Nihil opertum eſt qd̄ nō reue
letur: neq3 abſconditū qd̄ nō ſciat qm̄ que in te
nebris dixiſtis in lumine dicentur: ⁊ qd̄ in aure
locuti eſtis ⁊ in cubilib⁹ p̄dicabit in tectis. ⁊ eo.
viij. c. Non eſt em̄ ocultum qd̄ nō manifeſtetur:
nec abſcōditū qd̄ nō cognoſcat ⁊ in palā veniet.
Iſtius em̄ vſure palliate ſunt ſex ſpēs. Una eſt
qn̄ aliquis h3 pign⁹ vel rem īmobilē ⁊ fruct⁹ reci
pit: vltra ſortē: hoc eſt dicere ꝙ fruct⁹ quos pci
pit ⁊ pcepertt nō deducit in ſortē. Alia ſpēs eſt
qn̄ quis emit aliquā poſſeſſionē longe minori p̄
cio q̄ valeat tali ꝯditione ꝙ venditor ea3 reha
here poſſit qn̄ preciū ſoluere voluerit. alia ſpēs
eſt qn̄ aliquis emit ad terminū minori precio q̄
valeat ſicut bladū in terra vel vinū futurū in vi
nea ⁊c̄. Alia ſpēs pōt eſſe qn̄ marcator vēdit ca
ri⁹ p expectādo ſolutionē ſuā. Alia ſpēs ē cū q̄s
palliat vſurā ſecrete ſicut cū aliq̄s tradit pecuni
a3 ſuā alicui negociatori tali ꝯditōe ꝙ erit ſoci⁹



eius in lucro ⁊ nō in dāno qd̄ eſt nimis deteſta
bile cū paup cui pecunia tradit laborē h3 ⁊ peri
culū aīe corpis ⁊ rei. Alia ſpēs eſt qn̄ q̄s aīalia
ſua tradit alteri tali ꝯditōe ꝙ ſibi ſint īmortalia
q̄ vulgo noīe dicūtur aīalia ferrea. Talis ei vſu
rari⁹ eſt incātator q̄ vult ꝙ aīalia q̄ pauperi ſunt
mortua ſibi ſint viua. Breuiter vbi aliq̄d vltra
ſortē accipit ītentōe lucri ſiue exp̄ſſe ſiue tacite
vſura eſt ſcd̄m Aug. cui ꝯcordāt alij doctores.
De⁹ talib⁹ ei loq̄t dn̄s per p̄s. Qui deuorāt plebē
meā tāq̄ eſcā panis. Uſurari⁹ ei deterior ē iuda
Nam iudas pnīa duct⁹ retulit principib⁹ ſacerda
tum ſcribis et phariſeis. xxx. denarios. Math.
xxvij. S3 vſurari⁹ nihil vult reſtituere: vſurari⁹
deterior ē inferno. Nā infern⁹ q̄ ſua non erāt in
paſſione dn̄i reſtituit. Uſurari⁹ aūt audita paſſi
one dn̄i nō vult aliena reſtituere. Uſurari⁹ ſilis
eſt diabolo: q̄r ſicut diabolus nō dormit q̄n que
rat quē deuoret. i. Petri. v. Sic denarij vſurarij
quos ad vſurā dedit ſp operātur. Job. xxx. Qui
me comedūt nō dormiūt. vſurarius ſilis eſt bu
phoni q̄ de terra paſcit ⁊ de vinea exit cu3 flore
re icipit nō valēs ei⁹ odorē ſuſtinere: ſic vſurari⁹
terrenis paſcit ⁊ delectat ⁊ ab eccl̄a exit ad odo
rem verbi dei. Eccl̄. xxiiij. Quaſi balſamū nō mi
xtū odor me⁹ ibi loquēs de ſacra ſcriptura. Uſu
rari⁹ aſſimilat latroni et homicide: q̄r nō audet
nomen ſuū coram oībus palam confiteri cū alij
hoīes q̄ alicui⁹ ſunt officij abſq3 oī erubeſcētia
cōfitent illud. Uſurarius ei aſſimilat cuidā in
firmitati q̄ vocat cācer: q̄r ſicut cācer eſt morb⁹
ꝯtagioſus: ita ꝯtagioſus eſt vſurarius. p3: q̄r ex
cōicatus: vt dicā pleni⁹ in. c. de pe. ibi. Fur vſu
rator ⁊c. ⁊ ꝯtagioſum eſt pticipare excōicato er
go. Cōtagioſum eni eſt aliq̄d ab vſurario accipe
vn̄ Hiero. Cauēdū eſt nobis maxime ne ab his
munera accipiamus quos nō nouim⁹ viuere de
lachrimis pauperū ne dicat nobis illud p̄s. Si
videbas furē currebas cū eo ⁊c. De hoc legitur
in vita beati fulcij ꝙ cum ip̄e mortu⁹ eēt obiecit
ei diabol⁹ ꝙ veſtē ⁊ quodā vſurario accepiſſ3 ⁊
reſtituit eum dn̄s vite vt corrigeret illam offen
ſam. Antiquitus eni vſurarius qui inueniebat
in ciuitate increbatur vt domus eius nuncupa
retur domus diaboli: oſculu3 pacis ei nō dabat
ī miſſa nec ignis a vicinis ⁊c. Pueri ad eius oc
curſum expaueſcebāt: ⁊ ab alt̄utro digito mon
ſtrabat. Modernis autē tpibus talibus vſura
rijs aſſurgunt cubicularij dn̄orū tam ſpiritualiū
q̄ temporalium. Tales eni vſurarios vocat dn̄s
latrones. Math. xxi. d. Domus mea dom⁹ ora
nis vocabitur. Uos autē feciſtis eam ſpelunca3
latronum. Nota ꝙ vſurarij manifeſti ad cōmu
nionē xp̄ianam ſepulturā vel oblationē altaris

recipi nō debēt ſm̄ Jobā. an. in ca. Q̄r in oīb⁹
de vſuris ⁊c. Uſurarius eni3 homicida eſt: q̄r au
fert pauperibus vitam eorū. Eccle. xxiiij. ca. Pa
nis egentium vita pauperis eſt qui defraudat il
lum homo ſanguinis eſt nec ſolum in hoc ē ho
micida: q̄r pauperibus aufert vitam eorum: ſed
q̄tum ad filios ſuos ⁊ heredes quos ſpiritualr̄
īterficit. Unde Oſee. ix. ca. Effraim ducet filios
ſuos ad interfectionē. Filijs ei ſuis ⁊ heredib⁹
vſurarius materiam incendij infernalis cōgre
gat: quos amore diuitiarum quaſi quoda3 fune
ad collu3 poſito hoſtibus tradit infernalibus ſi
nō renunciauerit male acquiſitis ⁊c. Eccle. xli.
De patre impio querunt filij quoniā propter il
lum ſunt in opprobrium. Ad illud eni3 propoſi
tum legitur de quodā feneratore ⁊ de duob⁹ fi
lijs ſui quorū vnus nolēs eſſe heres patris in fu
turu3 ſciens hereditatē paternam male acqui
ſitam effectus eſt heremita viuēte patre. tractu
temporis pater obijt: poſt mortē ei⁹ ſucceſſit ei
filius q̄ non erat heremita. Succeſſu temporis
iſte fili⁹ q̄ ſucceſſerat patri ſuo feneratori mor
tuus eſt. Amici tunc ceperunt rogare iſtum he
remitam vt vellet adire hereditatem que de iu
re ſibi debebatur tanq̄ proximiori in gradu ⁊c.
Qui reſpondit hereditatē non fuiſſe p̄ris ⁊ fra
tris: ſed pauperū a quib⁹ pat[illegible]xto: ſerat vſura
rie ⁊c. ⁊ ſubiūxit cu3 igit nō fuerit eorū mea eſſe
nō d3 ⁊c. Tūc cepit inſtāter ⁊ deuotiſſime roga
re dn̄m vt ſibi dignaretur reuelare vbi nā eſſent
aīe patris ⁊ fratris ſuorū: facta orōne fuit rapt⁹
heremita iſte ⁊ ductus ad infernū ibiq3 reperit
patrē ⁊ fratrē ineſtimabili dolore ⁊ cruciatu ob
iurgētes inuicē: p̄r dicebat filio: p te male acq̄
ſiui ⁊ ſic idō crucior ⁊ eternaliter cruciabor. Fi
li⁹ dicebat p̄ri pro mala acq̄ſitione tua affligor
⁊ affligar itermīabiliter. ſic impij tendūt a ma
ledictōe ī pditionē. Eccl̄. xli. O q̄ mala acq̄ſitio
vſurarij em̄ aſſimilatur perdici. Nā pdix ē talis
praue ꝯditōis ſm̄ naturiſtas ꝙ ſubripit oua ali
ena. ſ. alteri⁹ pdicis ⁊ fouet ea: ſed cū pulli adul
ti fuerint relinquūt eā ⁊ vadūt ad clamorē p̄p̄e
matris. ſic vſurari⁹ ea q̄ nō ſunt ſua ꝯgregat nec
in acquiſitione diuitiarū ſuarū h3 ſm̄ ad dei iudi
ciu3. Hier. xvij. Perdix fouit que nō peperit fe
cit diuitias ⁊ nō in iudicio ī dimidio dierū ſuorū
reliquit eas ⁊ in nouiſſimo ſuo erit īſipiēs. Et
ſepe cōtingit ꝙ vſurarius diuitias illas in vita
ſua amittat. vſurari⁹ eni nō h3 ptātē reſtituēdi
vſuras qm̄ fur ⁊ latro eſt: idō deus pmittit vt cu3
re futura cōprehēdat ⁊ ſuſpēdat ſuſpēdio infer
nali. ⁊ ſi reſtituerit raro ꝯtingit: ⁊ idō nō d3 fieri
lex. aliqn̄ em̄ pdig⁹ eſt ⁊ tm̄ expendit ꝙ reſtitue
re nō pōt vel eſt ita auarus ꝙ reſtituere nō vult.

vel ſi nō ſit ꝓdigꝰ vel auarꝰ: tn̄ potiꝰ ſibi placet ī
elemoſynis cētū librarꝝ expēdere. ſ. in ꝯſtitutōe
alicuiꝰ capelle ⁊ fundatōe eiꝰ. vel alio mō ſiłi ꝓ
pter illā auctoritatē. Lu. xvi. Facite vobis ami-
cos de mammona iniq̄tatis vt cū defeceritis reci
piāt vos in eterna tabernacła quā captiūt ad lit-
terā ad eorꝝ cōfuſionē. nā intelligit̄ ſic illos q̄s
feciſtis vobis inimicos male acq̄rendo facite a-
micos legitie reſtituēdo. alio mō mammona ini-
q̄tatis dr̄ ſupfluū qḋ auari detinēt vltra moduꝫ:
iō exponit̄. facite vobis amicos de mammona ini
q̄tatis. i. de ſupfluo qḋ vltra modū detinetis ⁊c.
⁊ hoc itelligit̄ erogādo paupibꝰ ꝓ quorꝝ depcati
ones talis erogās poterit acq̄rere grām in hoc
mundo ⁊ glīam ī alio ⁊c. Mat. xxv. Qḋ feciſtis
vni ex minimis iſtis mihi feciſt̄ ⁊c. ⁊ Job. xiiij.
Qui ſuſcipit pauperē in noīe meo me ſuſcipit. ⁊
ſeq̄tur. Math. xxv. Retributio qn̄ tales miſeri
cordes vocat ſaluator nr̄ ad glīaꝫ dicēs. Venite
bn̄dicti pr̄is mei ꝑcipite regnū ⁊c. qḋ nimis eſt
abſurdū ſi credat vſurariꝰ vł q̄cūq̄ aliꝰ male acq̄
rēs ſic reſtituere. xiiij. q. ij. c. Nolite nolite face-
re elemoſynas de fenore ex vſuris: q̄ꝛ q̄ totū tri
buit pctōribꝰ qḋ abſtulit paupibꝰ potiꝰ addit pec
catū q̄ꝫ minuit. e. q. v. c. Forte. ⁊. c. Ab illo. §. Qḋ
ꝓ. ⁊ idē augu. ⁊ Eccł. xxv. Noli offerre munera
prauа q̄m nō accipiet illa dn̄s. Si ei res aliēa ꝓ
pter quā pctm̄ ē reddi poſſit ⁊ non reddit̄ pn̄ia
nō agit̄: ſꝫ ſilat̄ nec dimittit̄ pctm̄ niſi reſtituat̄
ablatū. xiiij. q. v. c. Niſi res. idē aug. Breuit̄ de
illicite acq̄ſit̄ quorꝝ nō trāſfert̄ dn̄iū ⁊ ſi trāſfe-
rat̄: tn̄ ꝯpetit repetitio nō pōt fieri elemoſyna
vt i vſura. ar. extra de iureiu. c. Debita res. vt in
ſymonia extra de ſy. ca. Veniēs ⁊c. Qui ei facit
elemoſynā ḋ ſubſtātia paupis ē ſicut q̄ victimat
filiū in ꝯſpectu pr̄is. Eccł. xxxiiij. Ergo tales q̄
male acq̄rūt ⁊ acq̄ſierūt ſūt nimis iſenſati ſi cre
dāt ſic ſatiſfacere. de illa materia tractabo latiꝰ
iferiꝰ in rubrica de elemoſyna ⁊c. Dona iniquorꝝ
nō ꝓbat altiſſimꝰ nec reſpicit in oblatōibꝰ eorꝝ
nec in multitudine ſacrificiorꝝ eorꝝ ꝓpiciabitur
pctis. Eccł. xxxiiij. Vſurariꝰ ei aſſilat̄ cuidā vaſi
bn̄ti vnicum foramē per qḋ denarij mittunt̄ in-
fra: ſꝫ ꝑ illud nō pn̄t rehaberi: ſꝫ vt habeant̄ opꝫ
vas ꝯfringere. ſic ē de vſurarijs. Pīo q̄ꝛ nō re-
ſtituunt q̄bꝰ tenent̄. Scḋo ſi ꝯtingat q̄ꝫ raro ac-
cidit q̄ꝫ. ſ. reſtituāt hoc eſt in fractōne vaſis. ſ. in
morte. vn̄ Sene. Auarꝰ nūq̄ꝫ bonū facit niſi cū
morit̄. Vſurarij ei herḋitas libēter nō trāſit ad
tertiuꝫ herēdē. vn̄ Eccł. xli. Filiorꝝ pctōꝝ ꝑibit
hereditas ⁊ cum ſemine eorꝝ aſſiduitas oppro-
brij. ⁊ eodē. xxi. Qui edificat domum in predijs
alienis quaſi qui colligit lapides ſuos in hye
me: edificiuꝫ enim qḋ ſit in hyeme cito ruit ſic

diuitie acquiſite male dilabuntur. ideo dicit̄ Ec
cle. xi. Nō māſeris in operibus peccatorꝝ. Bre
uiter omnes vſurarij ⁊ eorꝝ heredes niſi reſtitue
rint penaꝫ eterne dānatōis incurrūt. Eze. xxij.
Vſurā ⁊ ſupabundantiam acceperūt amare p̄o
ximos ſuos calumniātes ecce cōgregabo eos in
mediū fornac̄ ⁊ ī indignatione furoris mei ſuc
cendā in eā ignē ad conflādum ad hoc ꝯcordat
illḋ. ps. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo
⁊c̄. ſequitur reſpōſio. Qui ingredit̄ ſine macula
et operat̄ iuſticiā qui pecuniā ſuam nō dedit ad
vſurā: ⁊ munera ſuper innocētē nō accepit ⁊c̄.
hi introibūt ⁊ habitabūt in tabernaculo altiſſi
mi. igitur a ſenſu oppoſito qui dederit pecuniā
ſuā ad vſurā ⁊c̄. nō habitabit: ergo dānabit̄ ⁊c̄.
Aliud incōueniēs eſt fraus in mercatoribus et
negociatoribꝰ. vn̄ Leui. xix. Ego dn̄s deus noli
te facere aliquid iniquum in iudicio in regula
in pōdere in mēſura ſtatera iuſta ⁊ equa ſint pō
dera iuſtꝰ modiꝰ ⁊ equus ſextariꝰ ego dn̄s deus
vr̄ ſtatera doloſa abhomiatio eſt apud deū. pro-
uer. xi. Et ſeq̄tur in eodē et pondꝰ equū volūtas
eiꝰ. Iſtud em̄ inducit duplex incōueniēs ſpūa
le ⁊ tēporale: vt hr̄ Deu. xxv. Non habebis in ſa
culo tuo diuerſa pōdera: maiꝰ ⁊ minꝰ nō erit ī do
mo tua: modiꝰ maior ⁊ minor vt multo viuas tē-
pore ſup trā. De ſpūali habet̄ Michee. vi. Num
quid iuſtificabo ſtaterā impiā ⁊ ſacelli pondera
doloſa ī quibus diuites eius repleti ſunt. ⁊ eoḋ.
Adhuc ignis eſt in domo īpij ⁊ theſauri iniq̄ta-
tis ⁊ menſura minor ire plena. aliquando enim
vendūt plus ad terminū. Aliq̄n oſtendūt vnum
et vendunt aliud. aliq̄n celant verū ⁊ decipiunt
ignorantes. Aliq̄n eligunt loca obſcura ne em-
ptor agnoſcat defectum rei in quibꝰ ſe oſtēdunt
filios tenebrarum: ideo nō recedāt de tenebris
Job. xv. vnde ps. Vani filij hominū mendaces
filij hominū in ſtateris vt decipiant. Nolite ſpe
rare in iniquitate et rapinas nolite concupiſce
re diuitie ſi affluāt nolite cor apponere. Ex aua
ricia ſequūtur multotiens mendaſa. ptꝫ per ex-
perientiam in venditoribus qui mentiuntur vt
altiori precio vendant: de quibus loquitur Sa-
lomon in eccleſiaſtico. Aſſiduitas viri menda-
cis peior eſt q̄ꝫ fur. Ex auaricia inducuntur ali-
quādo ꝑiuria qḋ eſt nimis deteſtabile aſſume-
re nomē dei inuanum. Ex auaricia ſequit̄ ſymo
nia. Unde ſymonia eſt proprie voluntas emen
di vel vendendi aliquod ſpūale ſeu annexū ſpiri
tuali. i. q. i. in cōtinuatione rubrice et cōtrahit̄
tribus modis principaliter: manu: obſequio: et
lingua. ea. q. c. Sunt nonnulli. Manu qn̄ aliquis
obtinet ſpirituale per pecuniā ſeu per aliud do
num equiualens. Lingua quando quis obtinet



beneficiū: ſeu aliquod ſpūale per preces dn̄orū
per adulationes ⁊c̄. Obſequio quādo aliq̄s obti
net beneficiū pro ſeruitio ſuo: ſicut ſunt mango
nes ⁊ ſimiles inepti ſeruitores qui ſeruiūt dn̄is
pro obtinēdo beneficia in recōpenſatione ſuorꝝ
ſeruitiorū ⁊c̄. Et intelligaris qn̄ iſto modo obti-
nent beneficia q̄ alꝫ de iure nō obtinerāt. Nam
ad miniſteriū ⁊ diſpēſationē patrimonij xp̄i de-
bent eligi viri ꝓbi ac timētes deum. vn̄ Exoḋ.
xviij. dixit dn̄s moyſi. Prouide autē de oī plebe
viros potētes ⁊ timētes deum in q̄bꝰ ſit veritas
⁊ q̄ oderit auariciā ⁊ cōſtitute eos centuriones
decanos ⁊c̄. Opꝫ em̄ ep̄m eſſe ſine crimine ſicut
dei diſpenſatoreꝫ nō ſupbum: nō iracundum nō
violentū: nō percuſſorē: nō turpis lucri turpidū
ſed hoſpitalē benignū: ſobriū: iuſtū: ſanctū: cōti
nentē: bene docentē: nō lucri grā. ad Titū. i. ca.
Et no. per ep̄m oēm qui accipit curā paſtoraleꝫ
ab epi qḋ eſt ſupra ⁊ copos quod ē labor: vel ſco
pin qḋ eſt intēdēs: quaſi ſupra gregē ſibi cōmiſ-
ſum laborās ⁊ intendēs ⁊c̄. vnde Greg. Habēti
bus curā aīarum tacere ꝑniciosum eſt: q̄m ſacer
dos igrediēs morit̄ ſi de eo ſonitus predicatio
nis nō audiat̄: nec quiſq̄ꝫ ſibi aſſumat honorem
niſi q̄ vocatꝰ fuerit a deo tanq̄ꝫ Aaron ad Hebr.
v. Talis em̄ Aarō oſtēſus fuit dignꝰ ſacerdotio
ꝑ virgā q̄ frondnit floruit ⁊ fructū fecit. Nūeri
xvij. Hoc eſt dice. q̄ꝫ nullus p̄ſumat accipe bene
ficiū niſi ſit ꝓbate vite ſane doctrine iuſto titu-
lo ⁊c̄. vn̄ Eze. xxxiij. Speculatorē te dedi domui
iſrael audiēs igit̄ ſermonē meū annūciabis eis
ex me ſi em̄ nō fuer̄ locutꝰ vt ſe cuſtodiat ipius
a via ſua mala ⁊ ip̄e ipius in iīquitate ſua morie
tur a te ſanguinē eius requirā: ſi te aūt annūciā
te nō fuerit cōuerſus moriat̄. Tu aīam tuā libe
raſti ⁊c̄. Damaſiꝰ papa loquēs de magnitudine
iſtiꝰ vicij dicit oīa crimina ad cōparatiouē ſimo-
niace hereſis q̄ſi ꝓ nihilo reputātur ⁊ in. c. Per
tuas extra de ſy. ⁊. i. q. vlti. c. vlti. Sunt enim nō
nulli qui miniſtrāt ſacra ꝑcio app̄ciato et pacto
expreſſo vt in celebratōe miſſarū ⁊c̄. qḋ ē nimis
cōtumelioſum: q̄ꝛ nō eſt aliquis ita pauper q̄ nō
indignaretur ſi quis vellet eū ad forū ducere ⁊
eū venalē exhibere. iō dicit ſaluator nr̄. Math.
x. Gratis accepiſtis gratis date. vn̄ infra de ſy-
mo. c. i. ⁊. c. non ſatis. ⁊. c. ad noſtrā habetur q̄ꝫ ꝓ
miſterio eccleſiaſtico excercēdo ſiue ꝓ vicarijs
aſſignādis ſiue ꝓ criſmate pecunia nullatenꝰ ē
exhibenda. ſi aūt ſponte det̄ ⁊ ſine aliquo pacto
poteſt recipi. vnde legitur in actibꝰ aplōꝝ. Act.
viij. Qḋ ſymon qui ante fuerat in ciuitate magꝰ
obtulit pecuniā apoſtolis dicēs. Date mihi hāc
poteſtatē vt quicūq̄ꝫ impoſuero manus accipi-
at ſpiritūſanctū: cui beatus Petrus pecunia tua

tecū ſit in ꝑditionē: q̄ꝛ domū dei eſtimaſti pecu-
nia poſſideri. Tales eniꝫ ſymoniaci deteriores
ſunt Iuda: q̄ꝛ iudas vēdidit xp̄ꝫ mortalē: iſti aūt
vendūt imortalē. Iudas reſtituit ⁊ penituit iſti
aūt ſymoniaci nunq̄ꝫ vel raro reſtituūt nec ſimi
liter penitent: iō tales nō ſaluant̄: q̄ꝛ oportet re
nūciare beneficio ſymoniace acq̄ſito: ſeu cuiuſ-
cūq̄ꝫ ſimili ſpirituali ſeu ānexo ſpirituali per ſy-
moniā obtēto. i. q. iij. c. Si q̄s dator: ſi q̄rant ſal-
uari qḋ raro contingit: q̄ꝛ ſicut piſcis in naſſem
egreſſus nō de facili regredit̄: ſic ſymoniacꝰ nō
de facili renunciat beneficio ſeu alij ſymoniace
acquiſito: ⁊ tn̄ aliter nō pōt ſaluari. Tales em̄ ſy
moniaci exheredāt filios dei a patrimonio xp̄i
quia intruſi patrimoniuꝫ xp̄i occupāt iniuſte ⁊
indebite et illos quibꝰ de iure debetur expellūt.
ergo eos exheredant. Tales em̄ vocātur fures
⁊ latrones. Johan. x. Qui non intrat per oſtiuꝫ
in ouile ouiū: ſed aſcendit aliūde ille fur eſt ⁊ la
tro. Per me autem ſi quis introierit ſaluabitur
eodem: qui enim intrat per oſtium ipſe eſt pa-
ſtor ouium. Chriſtus autem eſt oſtium per quod
oportet intrare beneficium: eodem per ſymoni-
am em̄ accidit ſepiſſime q̄ꝫ diſpenſatores patri-
monij xp̄i ſunt talpe mōſtruoſe. ſ. qn̄ ſunt auari.
ſerpētes: ſcꝫ qn̄ ſūt detractores adulatores can
teloſi. in iſtis mūdanis inuidi ⁊c̄. aſini ſcꝫ qn̄ ꝓ-
mouētur ignari ⁊ inſufficiētes rudes: ⁊ imbecil
les. Prochdolor modernis tēporibus ſi fuerint
filij ſufficientes militant mūdo ſi inſufficientes
tradūtur deo. Si mōſtruoſi ſi loripedes vel alio-
mō difformes mācipantur diuino ſeruitio. con-
tra quos dn̄s Leuit. xxi. Homo de ſemine tuo q̄
habuerit maculā nō offert deo ſuo nec accedet
ad miniſteriū eiꝰ. ſi clauſus ſi cecus ſi tortor na-
ſo ſi fracto pede ⁊c̄. inferius tractabo latius. Et
ſi ꝯtingat q̄ꝫ aliquis filiorū bene diſpoſitus po-
natur in aliquo monaſterio nō pōitur ꝓncipali-
ter vt deo ſeruiat: ⁊ ex deuotione: ſed vt dicetur
et ſubueniat ſuis de bonis crucifixi: ⁊ ſepe tales
mitrātur ⁊ tunc poſſunt vocari aſini cornuti ⁊c̄.
De talibus em̄ ſymoniacis loq̄tur dn̄s ꝑ oſee ꝓ
phetam. Oſee. viij. Ipſi regnauerūt ⁊ nō ex me:
principes extiterūt ⁊ non cognoui argentū ſuū
⁊ aurū: fecerunt ſibi ydola in interitū ⁊c̄. Antiq̄
tus em̄ qn̄ ſuppoſita eccleſie erant in illa hūili-
tate ⁊ deuotione in quibus debebāt ⁊ deberent
eē ꝓuidebatur eccleſijs de paſtoribus ydoneis
diuinitus. vt ptꝫ Nume. xvij. De aaron. ⁊ eodeꝫ
xxvij. De ioſue. de beato Aniano. de beato Ni-
colao ⁊c̄. Modernis aūt tēporibus electiones
canonice receſſerunt ab vſu ⁊ infringuntur per
fauores deteſtabiles ⁊c̄. Per ſymoniā em̄ ꝓmo
uentur aliquādo indigni ad ſacros ordines qḋ

eſt nimis cōtumelioſum quoniā anteꝙ̄ aliquis
ꝓmoueatur tria ſunt ṕncipaliter inueſtiganda
ſcilicꝫ etas legitima. Unde. Nemo iuuenes ele
git duces eo ꝙ nō ꝯſtet eos eſſe prudentes. iij.
Reg. xij. c. habetur hyſtoria iuxta hoc de Robo
am filio Salomonis qui voluit vti ꝯſilio iuue-
num. ꝛ ſic fuit elect⁹ a regno ſuo per populū ſuū
ꝛc. Et ṕma ad thimo. iij. Si quis domui ſue pre
eſſe neſcit eccleſie dei diligentiā quō habebit.
Item reqͥritur ſufficiens litteratura vt ſciat iu
dicare ꝛ diſcernere iter leprā ꝛ lepram: qꝛ cū cla
ue ordinis debet habere clauem ſcientie: vt ha-
betur. xviij. diſt. iiij. ſen. Item reqͥritur mors ho
neſtas quia ipſi ſunt oculi eccleſie. Unī ṕs. Lan-
guerūt pre inopia oculi mei glo. i. peccati macu
la. Itē qꝛ ſunt ſpeculū populi: vt. i. ad Corꝝ. iiij.
Spectaculū facti ſumus mūdo angelis ꝛ homi
nibus. Item ꝙ ſit de legitimo matrimonio. de
fil. ṕſbyt. c. Cum decorem dom⁹ dei. vbi dicitur
indecorum eſt vt altarū officio illegitim⁹ filius
ex impudico patre miniſtret: ideo illi qͥbus cō-
mittiꝛ examinatio caueāt ne fauoris precis aut
muneris gratia indignū ad ſacros ordines pro-
mouendū manib⁹ epiſcopi applicēt. xxiiij. di. c.
Quando in textu in glo. ꝛc. de illa materia tra-
ctabo latius. in ca. de ordine. Ex auaritia eni ꝓ-
uenit ꝙ vn⁹ occupat pl'a bñficia qᵭ eſt nimis ꝯtu
melioſum ſi vnū ſit ſufficiēs ad ei⁹ ſuſtentationē
vnī Ber. Conceditur tibi ſi bene deſeruieris vt
de altari viuas non vt de altari luxuries. Unde
de cle. nō reſi. ca. Ad hoc licet illud eſt oī iuri cō
trarium vt vnus clericus in vna vel diuerſis ec-
cleſijs plures habeat dignitates aut ꝑſonatus
obtineat cum ſingula officia in eccleſijs aſſidui
tatem exigant ꝑſonarū. Sicut eñ vxore viuēte
nullus poteſt aliam habere: ſic nec clericus ſm
beneficiū retēto ṕmo. vi. q. i. c. Sicut alterius:
ꝛ hoc eſt regulariter vnuꝫ ꝛ de iure cōmuni. vi
de de illa materia de ṕben. c. de multa. de lec. du
dum. ij. xxi. q. i. ſi quis iam trāſlatus. fallit tamē
ſꝫ iuriſtas in aliquibus caſibus primo vbi vnuꝫ
beneficium dependet ab alio: vt in. c. ṕallegato
dudum. i. de eta. ꝛ qua. or. ca. Eam te infra de pre
ben. extirpēde. §. i. Item ſi habeat vnā preben-
dam intitulatā ad aliam cōmendatā: vt. xxi. q. i.
Qui plures. Item ꝓpter paupertē eccleſiarum
x. q. iij. vnio. ꝛ infra de eta. ꝛ qua. eā te. Itē olim
ꝓpter penuriā clericoꝝ. xxi. q. i. ca. i. in fi. Itē ꝑ
diſpēſatōem pape infra de ṕben. c. de multa. pre
allega. vnī ꝟſus. Pauptas pendēs defectus gra
tia ſeruās. Eccleſias retinere: duas dat quolibꝫ
ho: ū ne credant ſatiſfacere ſaltim de toto ſi po
nant vicarios in ſuis beneficijs: quia taliter a-
gunt aſſimilantur illis qui ducunt vxores ꝛ alij

dormiunt cū ipis. Bonus eñ paſtor dꝫ d ſtligē-
ter agnoſcere vultū pecoris ſui. ꝓuer. xxviij. Cu
ius aie redditurus ē rationē. ad Heb. vlt. ideo
dicit ſaluator noſter. Ioh. x. Bon⁹ paſtor aiam
ſuā ponit ꝓ ouib⁹ ſuis ꝛ cognoſcit oues ſuas et
cognoſcunt oues ipm: qꝛ verus paſtor eſt: mercē
narius aūt qui nō eſt paſtor cuius nō ſunt oues
ꝓprie videt lupū veniētē ꝛ fugit ꝛ dimittit oues
quia mercennarius eſt ad ipm proprie non per-
tinet de ouibus. Yſa. vi. Omēs beſtie agri veni-
te ad deuorandū ſpeculatores ei⁹ ceci omnes ne
ſcierūt. vniuerſi canes muti nō valētes latrare
ipſi paſtores ignorauerūt intelligentiaꝫ omnes
in viam ſuā declinauerūt vnuſquiſqꝫ ad auarici
am ſuā a ſummo vſqꝫ ad nouiſſimū. lupus auteꝫ
intrat gregē rapit ꝛ diſpargit oues qᵭ cedit ṕn
cipaliter in dānationē eius cui ſunt oues cōmiſ
ſe: talibus ei infert dñs maledictionē. Ezechie-
lis. xxxiiij. Dicens ve paſtoribus iſrael qui paſce
bant ſemetipos lac ouium comedebatis ꝛ lanis
earuꝫ operiebamini ꝛ gregem meum nō paſce
batis. ideo aduiſſent qualiter agunt quoniaꝫ qͥc
quid dicant aliqui doctores in contrarium ſecu
rius eſt diſplinato viro volent. viam imitari ve
ritatis obtinere vnicuꝫ beneficium iuſto titulo
in eodemqꝫ reſidere vita doctrinaqꝫ laudabili-
bus corruſcare ꝙ̄ vlterioribus dānabiliter inhi
are. vnī. i. ad Thimo. iij. Opꝫ eṕm eſſe irreprehē
ſibilem vnius vxoris virū ſobrium prudentiam
pudicū hoſpitalē doctorem: non vinolentuꝫ nō
percuſſorem: ſed modeſtum: non litigioſum nō
cupidum: cum omni caſtitate: non neophitū. ne
in ſupbiam elatus in iudiciū inſidiat diaboli. opꝫ
oī illlū hr̄e bonū teſtimoniū. Miniſtri eccl'e de
bent eſſe mundi qꝛ ſunt vaſa electionis regi re-
gum: modica macula ī cipho regis magnā cau-
ſare abhoīationē. vnī Gre. in omel'. cui⁹ vita de-
ſpiciꝛ reſtat vt eius ṕdicatio cōtēnaꝛ. alia cā ꝙ
habent mundare alios. iō opꝫ eos eſſe mundos
Eccl. xxiiij. Ab īmundo quis mundabitur. Alia
cauſa quia ipi ſunt miniſtri altiſſimi. ideo ſicut
ipe imaculatus eſt decet eos eſſe immaculatos
Ephe. i. Elegit nos vt eſſemus ſancti ꝛ immacu
lati in cōſpectu eius in charitate. Caſtitatis mū
dicia ſuadeꝛ miſtrꝭ. Eccl. Exo. xij. Ubi comeſtu-
ris agnū paſchalē dꝫ renes veſtros accingetis
ꝛ Luce. xij. Sint lumbi veſtri ſuccincti. Iteꝫ ſa
cerdos dicuntur āgeli exercituū. Malachie. ij.
Modo āgeli ſunt ꝟgies ꝛ mūdi ḡ ꝛ ſacerdotes
debent eſſe. Leui. xxij. Diciꝛ hō qui acceſſerit d
ſtirpe veſtra ad ea q̄ ſanctificata ſunt in quo eſt
īmundicia peribit corā dño ꝛc. Ex auaricia eniꝫ
induciꝛ acceptio numeri de qua acceptōe legiꝛ
eccle. xx. Encenia ꝛ dona excecāt oculos ſapien



tum ꝛ ꝑuertunt iuſticiā ꝛ quaſi mut⁹ ī ore auer-
tit corruptōes eoꝝ. vnī Deuꝛ. xxiiij. Non peruer
tes iudiciū aduene ꝛ pupilli nec auferes pigno
ris loco vidue veſtimentū memēto ꝙ ſeruieris
in egypto ꝛ euertit te dñs deus tu⁹ inde: facien
ti eñ neqͥſſimū ꝯſilium ſuꝑ ipm reuolueꝛ ꝛ non
cognoſcet vnī adueniet illi. Eccl'. xxvij. Tales eñ
acceptores muneꝝ inter ceteros ſunt iudices ꝛ
aduocati: de qͥb⁹ dꝛ in pſalmo. In quoꝝ manib⁹
iniqͥtates ſūt: qꝛ dextera eoꝝ repleta ē mūerib⁹
tales enim rapaces modico tpis interuallo ma
gnas accumulāt diuitias ꝛ eleuātur in altū. vnī
ṕs. Uidi īpium ſuperaltatū ꝛ eleuatum ſuꝑ ce
dros libani ꝛ trāſiui ꝛ ecce nō erat qͥſiui et nō ē
inuētus locus ei⁹: ſꝫ nō recto ordine accumulāt
iō ad eoꝝ dānatōeꝫ. vnī dñs ꝑ ezechielē. Ezech.
xxij. Aiam deuorauerunt inopis ꝛ ṕciū accepe
runt ṕncipes ei⁹ in medio illi⁹ qͥſi lupi rapiētes
predā ad effundendū ſanguinē ꝛ auare ſectādo
lucra egenū ꝛ pauperē affligebāt ꝛ aduenā op
primebāt calūnia: ideo effudi ſuꝑ eos īdignati
onē meā ꝛ in igne ire mee conſumpſit eos ꝓ eo
eñ ꝙ diripiebatis pauperē ꝛ predā electā tolle
batis ab eo domos quadro lapide edificabitis
ꝛ nō habitabitis ī eis: vineas ameniſſimas plā
tabitis ꝛ non bibetis vinū earū: qꝛ ego cognoui
multa ſcelera vr̄a ꝛ ferocia pctā veſtra hoſtes iu
ſti accipiētes mun⁹ pauperes ī porta deṕmētes
ideo prudēs in tpe illo tacebit: qꝛ tēpus malum
eſt. Amos. v. ꝛ ſeqͥtur odi ꝛ proieci feſtiuitates
vr̄as nec capiā odorē cetuum vr̄oꝝ. Prudentia
eñ talium ſtultitia eſt apud deum. vnd̄ ṕma ad
Coꝝ. i. Perdā ſapiam ſapientū ꝛ prudentiā pru
dentum reprobabo. Et ſeqͥtur. nōne ſtultā fecit
de⁹ ſapientiā hui⁹ mundi. Talib⁹ eñ iudicibus ꝛ
aduocatis cōminaꝛ ſacra ſcriptura ſacra. Sap̄.
vi. Diſcite iudices finium terre qm̄ cum eſſetis
miniſtri iuſticie nō recte iudicaſtis: ideo iudici
um duriſſimum fiet vobis aduenā ꝛ pauperem
nō cōtriſtabitis. vidue et pupillo nō nocebitis.
ſi leſeritis eos vociferabunt ad me ꝛ ego exau-
diā clamorē eoꝝ: ꝑcutiāqꝫ vos gladio ꝛ erūt vxo
res vr̄e vidue ꝛ filij pupilli. Exo. xxij. De⁹ eñ cō-
ſeruator eſt pauperꝝ humiliū ꝛ cauſaꝝ eoꝝ: idcir
co nimis ꝑiculoſum ē paup[illegible]s opprimere. ꝓuer
bio. xxij. Nō facias violētiā paupi: qꝛ paup nec
ꝯuertas egenū ī porta: qꝛ iudicabit dñs cāꝫ ei⁹:
ꝛ configet eos q̄ ꝯfixerūt aiam ei⁹. ꝛ eodē. xxv.
ne attigas termios ꝑuuloꝝ ꝛ agrū pupilli ne ī-
troeas. ꝓpiquus eñ eoꝝ fortis eſt ꝛ ipe iudica-
bit ꝯ cauſaꝫ eoꝝ non trāſferes termios ꝓximi
tui. Deute. xix. Tales eñ muneꝝ acceptores ꝛ q̄
iuſticiā preuertūt induunt maledictōeꝫ. Deuꝛ.
xxvij. Maledictus oīs qui accepit munera vt ꝑ
cutiat aiam ſanguis innocētis. ꝛ eodeꝫ. Male
dictus q̄ peruertit iudiciū aduene ꝛ pupilli ꝛ vi
due ꝛ dicet oīs popul⁹ amen. ꝛ Yſa. v. Ue q̄ iuſti
ficatis impiū ꝓ munerib⁹ ꝛ iuſticiā iuſti aufer-
tis ab eo: ergo in iudicādo eſto pupillis miſeri-
cors vt patet. Eccle. iiij. Ue q̄ cōdunt leges ini-
quas ꝛ ſcribētes iiuſticiā ſcripſerūt vt opprime
rēt ī iudicio pauperes ꝛ vim facerēt cāe humi-
liū populi mei vt eēnt vidue ṕde eoꝝ ꝛ pupillos
diriperēt. Yſa. x. ꝛ ſeqͥtur. Quid facietis in die vi
ſitatōis ꝛ calamitatis ad cui⁹ fugietis auxilium
ecce dies dñi veniet crudelis ꝛ indignatōis ple
nus ad cōterādos pctōres. Yſa. xiij. Item yſaie
xxix. Ue q̄ ꝓfundi eſtis corde vt abſcōditiſ a do-
mino cōſilium quoꝝ ī tenebris ſunt oꝑa. Mūe-
ra eñ nō ſolum acceptores ſuos inducūt ad ſer
uitutē: vt dꝛ cōiter ꝙ munera ſumpta ligāt: ſed
ducūt ad mortē. ꝓuer. xv. Cōtrahat domum ſu-
am q̄ ſectatur auariciam: q̄ autē odit munera vi-
uet: ergo a cōtrario ſenſu q̄ diligit morieꝛ eter-
naliter ſup. Iob. xv. Ignis deuorabit taberna-
cula eoꝝ qui libenter munera acceperūt. ad ma
gnā ignominiā talium venalium loquiꝛ beat⁹
augu. dicēs. Poſtꝙ̄ intellexi me ṕcioſo xp̄i ſan
guine redēptum nolui me venaleꝫ exhibere. de
illa venalitate iudicū ꝛ aduocatoꝝ tractabo lati
us in. c. de pnia: ibi. Iuris deceptor ꝛc. Ex aua-
ricia oriuntꝛ bella vt pꝫ per experientiā. Ex aua
ricia inducitur lud⁹ ex quo ſequntꝛ multa incō-
uenientia. Ira ſuijpſius parentū ſi ſit fili⁹ ſi pa-
terfamilias ira vxoꝝ filioꝝ ꝛ toti⁹ familie odia.
iiurie ꝟbera homicidia exheredatio liberoꝝ fi-
liaꝝ ꝓſtitutio furtū ſcādaluꝫ ꝓximi amiſſio bo
noꝝ fraus ꝛc. ſacrilegiuꝫ rapina mendacia iura
menta periuria ydolatria blaſphemia ꝯtēptus
matris eccle. Exemplū habeꝛ in Boetio de di-
ſciplīa ſcholariū. de ſanguineo filio lucretij ꝛc.
de blaſphemia ꝛ ꝯtemptu eccleſie habeꝛ. ꝓuer.
xix. Qui affligit patrē ꝛ fugat matrem ignomi
nioſus eſt. luſor eñ inſortiali ludo ſaltim viliſſi
me creature ſe ſubijcit ſeruituti dū taxilluꝫ dñꝫ
ſuum ꝯſtituit ad hoc ſe aſtringēs vt faciat ꝙ ipe
taxillus iuſſerit magna eñ ignominia: vt dicit.
Sene. ꝛ augu. ꝙ os caninū dñetur homi. luſor
eñ ad ṕceptum taxilloꝝ largiꝛ qᵭ nō largireꝛ
ad preceptum dñi: quia venderet ludendo tuni
cā: caputium: camiſiaꝫ ꝛc. qᵭ non faceret ꝓ ero-
gando paupibus ſicut dñs ṕcipit. luſor eñ pro-
prijs manibus ſe perdit quem filius dei manib⁹
crucifixis redemit cōtra eñ luſores lata eſt ſen
tentia mortis. Iob. xxi. Infantes eoꝝ exercent
luſibus ducunt in bonis dies ſuos ꝛ in pūcto ad
inferna deſcendunt. cui concordat Ber. dicēs.
Luſor ludendo currit ad mortē ſuam ꝛc. Item

quicquid lucratur i ludo ſortiali in bonis lucrā
tis nō cōputatur vt dicam latius inferius in.c.
de elemoſyna. Auaro em̄ nihil eſt infideli⁹ pri-
mo:q: vt pmiſi in pncipio capituli p auariciā ſe
re oia ppetrantur ſcelera.vñ.i.ad Thi.vi. Cupi
ditas dicit radix maloꝝ.ſecūdo q: auar⁹ agit cō
tra legem nature. Luc.vi.ꝛ put vultis vt faciāt
vobis hoīes ꝛ vos eis facite.ſilr ꝛ idē. Mathei
vij.tertio q: auar⁹ agit ꝯ legē ſcriptā. Luce.vi.
Eſtote miſericordes ſicut paſ veſter miſericors
eſt.quarto q: auarus agit ꝯ legem vniuerſalem
que eſt in oībus rebus q̄ cōpellunt ſe dare.aua-
rus aūt detinet,res captiuas ne ſe comunicare
poſſint.auarus em̄ eſt iniquus deo:quis non di
ſtribuit proximo ſuo indigenti bona a deo ſibi
collata.iuxta pceptum dñi. Deute.xv. Precipio
tibi vt aperies manum tuā fratri tuo egeno et
pauperi.talium enim bonoꝝ non eſt auarus do
minus ſed ſolum miſter ꝛ diſpēſator.i. ad Cori.
iiij. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xpi ꝛ
diſpēſatores miniſtroꝝ ei⁹. auarus eti iniqu⁹ eſt
ſibi quia amat ſpinas diuitiaꝝ quib⁹ comburen
dus eſt. puer.i. Ipſi ꝯtra ſanguinē ſuū inſidiā
tur ꝛ molliuntur fraudes ꝯ animas ſuas : et ad
Phil.iij. Gloria in cōfuſiōe eoꝝ qui terrena ſa-
piunt:auarus:iniquus eſt filijs ꝛ heredibus ſu-
is quibus materiā incendij infernalis ꝯgregat
Eccl.xli. De pre impio cōquerunt filij qm̄ ppt
illum ſunt in opprobrium ꝛc.auarus enim ſem-
per eget.vñ Hiero. Auaro tā deeſt qd hꝫ ꝙ qd
non hꝫ.vñ Eccl.xiiij. Inſatiabilis eſt oculus cu
pidi in partes iniqtatis nō ſatiabitur donec cō
ſumat areſaciēs aīam ſuam.auarus nō implebi
tur pecunia ꝛ q̄ amat diuitias fruct⁹ non capiet
ex eis. Eccl.v.qm̄ eī plus ſeneſcit auar⁹ tāto pl⁹
creſcit ī eo auaricia. quod eſt nimis deteſtabile
cum gloria ſenum debeat eſſe timor dei ꝛ coro-
na multa peritio. Eccle.xxv.tales em̄ aſſimilā-
tur īferno q̄ nunq̄ dicit ſufficit. puer.xxvij. In
fernus ꝛ perditio nō replebunt.ſilr ꝛ oculi ho-
minū inſatiabiles:ꝛ idē eodē.xxx. Auaricia em̄
corpus auari euiſerat quadrupl̄r in deſiderio ꝛ
affectu cupiēdo in labore acqrendo ī timore cu
ſtodiendo:ꝛ in dolore ipās diuitias amittēdo:
vl in morte relinquēdo. Eccl.v. Diuitie ꝯſerua-
te in malū domini ſui pereunt in afflictōe peſſi
ma. Unde metrificator. Diues diuitias nō con-
gregat abſq3 labore.non tenet abſq3 metu:non
deſinit abſq3 dolore. Multotiens em̄ laborant
ꝛ labores eoꝝ alij intrant vt mali filij raptores
fures vl domini.viro cupido ꝛ tenaci ſine rōne
eſt ſubſtantia: qui aceruat ex animo ſuo iniuſto
alijs ꝯgregat ꝛ in bonis illius alius luxuriabit
Eccle.xiiij. Nonne alijs relinques dolores et la

bores tuos ī diuiſiōe ſortis. da ꝛ accipe ꝛ iuſtifi
ca aīam añ obitum tuū opare iuſticiā qm̄ nō eſt
apud inferos īuenire cibum eccleſiaſtici eodeꝫ
Similes em̄ ſunt aranee q̄ faciendo telā p mu
ſca capienda ſeipām euiſerat. Eccleſi.x.c. Nihil
em̄ eſt iniqui⁹ ꝙ amare pecuniā:hic em̄ aīaꝫ ſu-
am venaleꝫ habet.qm̄ in vita ſua pìecit intima
ſua. Uñ Boe.de cōſolatōe li.ij. vtinam mō no-
ſtra redirent in mores tēpora priſcos : ſed ſeui
or ignib⁹ ꝛ ne feruens amor ardet hñdi. Nunq̄
em̄ auarus eminet clarus:ſed ſemp marcid⁹.vñ
Jacobi.i. Exortus eſt ſol cuꝫ ardore ꝛ areſcit fe-
num ꝛ flos eius decidit ꝛ decor vultus eius de-
perijt.ita ꝛ diues ī itineribus ſuis marceſcet di
ues em̄ ſemp timet. Uñ metrificator. Diues nō
audet pauptas libera gaudet. Tutus in exiguo
ſtramine dormit inops. Diues enim ſemper eſt
ſuſpectus:ideo miſerabilis.vñd Catho. Suſpe
ctus caueas ne ſis miſer omnibus horis . Nam
timidis ꝛ ſuſpectis aptiſſima mors eſt. Sp eniꝫ
credit pauperes vicinos ſuos fures ꝛ raptores.
Tales em̄ auari comparātur ydolatris:q: auari
cia eſt ydoloꝝ ſeruitus. Sꝫ apoſtol⁹ ad Gala.v.
ꝛ ad Ephe.v. Theſauros eī eoꝝ deificant ergo
ydolatrie.ex auaritia enī pueniit detentio ſala
rij mercēnarij ꝛ elongatio ſolutionis. Uñ Deu
te.xxiiij. Non negabis mercedem indigentis ꝛ
ſtulaf vel in qualibet miſſa trinitatez honore
mus. In miſſa vero ꝓ defunctis gl̃ia patri non
dicif: q: icerti ſum⁹ de eoꝝ liberatiõe. Alia ra
tio vt innuam⁹ ipos eẽ in dura pena cõiectura
tiue. Tñ intẽtio oratꝫ ꝓ mortuis ẽ ꝙ patiunf i
purgatorio. Poſt itroitũ ſeq̃tur kyrieleyſon et
dr̃ ter ꝓpter laudẽ trinitatꝫ ⁊ nonies ꝓpter no
uẽ ordies ãgeloꝝ. Vñ kyri idẽ ẽ ꝙ xp̃s. el idez
eſt ꝙ de⁹ eiſ. idẽ ẽ ꝙ miſere. on idẽ ẽ ꝙ nobis.
tõ kyrieleyſon idẽ eſt ꝙ xp̃e de⁹ miſere nobis
ſm rõnale. ſꝫ aũt cõpẽdiũ theo. kyrieleyſõ no
nies dr̃ ad deſignãdũ inuocationẽ mĩe dei qua
nouem modis indigemus trib⁹ modis q̃tũ ad
peccatorũ remiſſionẽ q̃ ꝑpetram⁹ ore corde et
opere. tribus modis q̃tum ad gratie collatio
nẽ. ſ. fidei ſpei ⁊ charitatis. trib⁹ modis q̃tũ ad
glorificationẽ qua gaudebim⁹ ſupra nos in deo
intra nos de nobis ⁊ iuxta nos in ꝓxio ſm aũt
compendiũ ſeptẽ ſacramentoꝝ. kyrieleyſon di
citur ꝓpter cõmemorationem p̃ſentis miſerie
duz mĩa poſtulatur ⁊ ſubditur ter contra tripli
cẽ miſeriã. ſ. ignorantie pene ⁊ culpe. ¶ Querif
quare nõ dicif ſemꝑ kyrieleyſon ſine mutando
kyrieleyſon in xp̃e leyſon. Solutio. Primi tres
ꝑtinẽt ad patris potentiã deſignandũ. Ultimi
tres ad dei clementiã magnificãdum que q̃dez
clemẽtia attribuitur ſpirituiſcõ. Ttres medij ꝑ
tinent ad dei ſapientiã incarnatã venerandũ q̃
quidẽ ſapiẽtia attribuif filio. ideo ꝓpter ꝑtinẽ
tiam ad dei filiũ mutatio fit ad denotandum ꝙ
aſſumpſit qꝺ nõ erat: iõ dicit in trib⁹ medijs xp̃e
ꝑ aſſumptionẽ hũanitatis vnite gr̃e miſerere
nobis. Poſt kyrieleyſõ ſeq̃tur hymn⁹ angelic⁹.
ſcꝫ gl̃ia in excelſis deo quez hymnum cantaue
runt ãgeli in natiuitate ſaluatoris: vſq; ad illaz
ꝑtẽ laudam⁹ te. reliqua vo appoſuit btũs hylari
us pitauẽ. ep̃s ⁊ dꝫ dici in medio altaris q: an
gel⁹ q̃ natiuitatẽ xp̃i annũciauit paſtorib⁹ erat i
medio mũdi. Lu. ij. Ecce annũcio vob gaudiuz
magnũ qꝺ erit in pplõ. Sacerdos vo dicit gl̃ia
in excelſis deo gerit ꝑſonã angeli. illi⁹ ⁊ chorus
qui reſpõdet gerit ꝑſonã multitudinis angelo
rũ ꝺ qua dicit ibidẽ facta ẽ mľtitudo celeſtis ex
ercitus laudantiũ dñm ⁊ dicentiũ gl̃a in altiſſi
mis deo. tñ gl̃ia in excelſis nõ cãtatur i officijs
luctuoſis vt in miſſis de defunctis in ſeptuage
ſima q̃dragesima ⁊c. Itẽ ſm inno. Gl̃ia in excel
ſis dimittitur in aduẽtu ꝓpter tẽpus prime ex
preſſionis: q: ille hymn⁹ fuit expreſſus i die na
tiuitatis dñi. Alia cã eſt ꝓpter ſpei expectatio
nem in aduẽtu eñ deũ ſaluatorẽ expectam⁹. Et
q: expectatio expectantẽ affligit iuxta illud. ꝓ
uerbio. xiij. Spes q̃ differf affligit aĩam ⁊ gl̃ia
in excelſis eſt ſignũ leticie in aduentu qui eſt tẽ
pus triſticie tacef gl̃ia i excelſis. Sed tũc reſul
tat vnũ dubiũ tale. Cũ alleluya ſit cãticũ leticie
quare nõ tacef in aduentu ſicut gl̃ia in excelſis
Solutio ſcdm Inno. Alleluya dicit rõem ſpei
quia aduẽtus eſt tp̃s ſpei. ideo cãtaf in aduẽtu
alleluya. Gl̃ia eñ in excelſis ſcdm cõpen. theo.
ſignificat gratiarũactionẽ. ſcdm vo compen. ſe
ptẽ ſacramentoꝝ gloria in excelſis deo dicitur
ad cõmemorandũ celeſtẽ gloriã ad quã tẽdim⁹
poſt p̃ſentẽ miſeriã. ¶ Querif quare ceſſat gl̃ia
in excelſis a ſeptuageſima vſq; ad diẽ cene. So
lu. Q: lapſus primoꝝ parentũ ab eccl̃ia illo tp̃e
memoraf. Itẽ in illo tẽpore debet quiſq; ꝓpria
pctã ad mẽtis oculos reuocare: ideo debemus
dimittere cãtica leticie vt oſtendam⁹ in nobis
contrictionẽ intẽſam ꝓ peccatis nr̃is iuxta illꝺ
Tho. v. Quare gaudiũ mihi eſt qui in tenebris
ſedeo ⁊ lumẽ celi non video. Item q: illud tem
pus figurat ſeu repreſentat captiuitatẽ iudeoꝝ
in babilonia in qua fuerũt. lxx. ãnis de qua ca
ptiuitate loquif Dauid. d. Suꝑ flumina babilo
nis illic ſedim⁹ ⁊ fleuim⁹ duz recordaremur tui



ſyon. Item ad oſtendendũ angelicã offenſam i
qua ꝓpter peccatũ angelica reparatio ipedief.
Et ideo ante xp̃i aduentũ multitudo angelorũ
ↄtra hoĩes traſcebãtur. Et ideo dũ pctã noſtra
memoram⁹ ab hymno angelico ceſſam⁹. Et hec
ratio vltima ſumif in decreto in .i. di. c. hi. duo
de con. ⁊ in ſe. c. habef ꝙ gl̃ia in excelſis deo in
ter miſſarũ ſolẽnia in cena dñi dicẽda eſt. In fe
ſto inocentiũ nõ ꝺ: q: innocẽtes nõ ſtatim itra
uerunt gloriã cũ nondum eſſet ianua aperta: q̃a
nondũ xp̃s aſcẽderat. ¶ Queritur quare gl̃ia in
excelſis ſubdif imediate kyrieleyſon. So. Dicẽ
dum eſt ꝙ hoc facit ordo debitus: ex quo aĩa de
uota deſiderauit xp̃i aduentũ in introitu miſſe
et poſtulauit mĩe effectũ. In kyrieleyſon ordo
debit⁹ eſt: vt p̃tendat gaudij effectũ in hymno
angelico. iuxta illꝺ ꝓuerbio. xiiij. Cor qꝺ nouit
amaritudinẽ aĩe ſue in gaudio eius nõ miſcebi
tur extraneus. Finito gloria in excelſis: ſacer
dos vertit ſe ad ppl̃m. d. Dñs vobiſcũ: q̃ ſaluta
tio fuit ſumpta de veteri teſtamẽto de li. ruth.
ij. ca. qñ dicit booz meſſorib⁹ ſuis dñs vobiſcuz
⁊ eſt ſenſus dñs petitionib⁹ vr̃is tribuat effectũ
Ep̃s aũt dixit pax vobis: q: ep̃s repreſentat ꝑſo
nam xp̃i qui quãdo ſalutabat diſciplos ſuos di
cebat pax vob. Jo. xx. ¶ Querif quare epiſcop⁹
in prima vice dicit pax vob: ⁊ in alijs dicit dñs
vobſcũ. Solutio. vt cuſtodiat illud documentũ
Eccle. iiij. Rectorẽ te poſuerũt eſto in illis qua
ſi vnus ex illis. ¶ Querif hic vtrũ ſemꝑ debeat
ſacerdos dicere dñs vobiſcum. Solutio. Dicen
dum ꝙ ſic poſito caſu ꝙ nõ eſſet niſi vnus i miſ
ſa ſua q: loquitur toti eccleſie ⁊ chor⁹ reſpõdet
et cuz ſpũ tuo que reſpõſio ſumpta fuit ab apl̃o
ij. ad Thimo. iiij. vbi dicif dñs ieſus xp̃s cũ ſpi
ritu tuo. Poſt ſubiũgit ſacerdos orem⁹: loquẽs
quaſi ſi indicus in ꝑſona totius populi: ⁊ dicto
orem⁹ dicit orationẽ que vocaf collecta q: olim
prelatus vel ſacerdos collecto populo dicebat
eam ſuꝑ populũ: ⁊ ideo vocatur collecta dicit de
uotam orationẽ quã ſacerdos facit pro populo
vt populus ſit dignus tantis myſterijs ſcdm cõ
pen. ſeptẽ ſacramẽtoꝝ. Suꝑ quod eſt ſciendum
ꝙ tales oratões debẽt dici in numero impari. i.
vna vel tres vel quinq; vel ſeptẽ quando dicif
vna ſignificat vnitatẽ eſſentie q̃ eſt in tribus ꝑ
ſonis qñ dicuntur tres ſignificant tres ꝑſonas
trinitatis: vel q: xp̃s in paſſione cuius miſſa eſt
memoriale dicif ter oraſſe: primo dicit pater ſi
poſſibile ẽ trãſeat a me calix iſte ſcdo dicẽs pa
ter ignoſce eis: q: neſciũt quid faciũt: tertio qñ
dicit pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ me
um. quãdo dicuntur quinq; ſignificant memo
riaz quinq; vulnerũ xp̃i: quãdo dicũtur ſeptẽ ſi
gnificant ꝙ ſacerdos ſi digne dicit exaudif ꝓ
oĩbus petitiõib⁹ q̃ in orõne dñica cõtinẽtur: vl̃
ſignificãt ſeptem dona ſpũſſancti que ſacerdos
petit ſibi ⁊ illis ꝓ quib⁹ dicit miſſam infundi ⁊
magiſter Johãnes beleth dicit ꝙ nõ debẽt di
ci vltra ſeptẽ cui ↄcordat Inno. ⁊ hoc ꝓpter fa
ſtidiuz audientiũ. ¶ Querif q̃re oratiões dicun
tur in numero impari. Sol. ſm Inno. quia nu
merus impar dicit concordantiã: par vo diſcor
dantiã eo ꝙ par poteſt diuidi. Ulterius eſt no
tandũ ꝙ omnis oratio dirigif ad patrẽ vel ad
filiũ ⁊ nulla ad ſpm̃ſanctũ. Et ratio ẽ q: ſpũſſan
ctus eſt donũ ⁊ a dono non petitur ſed a largi
tore doni ſcdm beatũ Augu. in lib. de doctrina
xp̃iana. Item eſt notandum ꝙ ſi dirigaf oratio
ad patrẽ in qua nõ fiat mẽtio de filio. tũc dꝫ di
ci per dñz vt in illa oratiõe. Protector in te ſpe
rãtium ⁊c. Si aũt in oratione fiat mentio de fi
lio debet dici per eundẽ: vt in illa oratiõe. De⁹
qui de beate marie virginis vtero verbũ tuum
angelo nunciante ⁊c. Si aũt dirigaf oratio ad
filium debet dici qui viuis ⁊ regnas deus: vt in
illa oratione. Deus qui virginalẽ aulam ⁊c. Si
vero in fine orationis fiat mẽtio de filio debet
dici qui tecũ viuit ⁊ regnat. Si vero fiat in ora
tione mentio de ſpũſancto: ſicut in illa. De⁹ qui
corda fideliũ ſancti ſpiritus ⁊c. debet dici in fi
ne in vnitate ſpũſancti deus. Unde vſus. Per
dominũ dicas cuz patrẽ preſbyter oras. Si xp̃z
memores per eũdem dicere debes. Si chriſto
loqneris qui viuis dicere queris. Qui tecum ſi
ſit collecte finis in illo. i. in ip̃o chriſto. Spiri
tus almus ſic eiuſdẽ dicere debes. Orationibus
eñ noſtris non poteſt dari maior auctoritas q̃
mittere eas per ieſum chriſtum ante cõſiſtoriũ
diuine maieſtatis cum ipſe ⁊ pater vnum ſint ⁊
ipſe filius de ſe dixerit. Math. vlt. Data eſt mi
hi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. ip̃e eñ chri
ſtus dixit Johãnis. xvi. Petite in nomine meo
⁊ accipietis. Ergo ipſe eſt mediator dei ⁊ homi
num. ꝑme ad Thimo. ij. Itẽ ſuper premiſſis eſt
notanduz ꝙ quando dicitur miſſa pro viuis nõ
debet dici collecta aliqua pro defũctis: nec ecõ
uerſo in miſſa pro defunctis non debet dici col
lecta ſeu oratio pro viuis: niſi illa cõmunis ora
tio. Omnipotens ſempiterne deus qui viuorũ
dominaris ſimul ⁊ mortuoꝝ ⁊c. Si vero in miſ
ſa pro viuis aliquo caſu dicatur collecta ꝓ mor
tuis illa collecta nõ debet dici vltĩa: ſed penul
tima vel antepenultimã: q: finis dꝫ correſpon
dere pricipio ⁊ dictis collectis reſpõdef Amẽ
id eſt fiat. De mľtiplici acceptatõe iſti⁹ dictõis
videatur in capitulo de oratiõe. in illa ꝑte qua
determiatur de oratõe dñica in fine dicta colle

cta vel collectis ſequitur epiſtola ab epi quod ē
ſupra ⁊ ſtola miſſio quaſi miſſo facta ab apoſto-
lis ⁊ verbis ortodoxis ad inſtructionē populi in
fide catholica. Jſta eñi inſtructio in fide fit per
doctrinā ꝓpheticā ⁊ apoſtolice ſm cōpē. ſeptē
ſacramentoꝝ: ⁊ ideo aliquando epiſtola legitur
de epiſtolis pauli. aliquando de epiſtolis petri.
aliqñ de actibus apoſtoloꝝ. aliqñ de apocalipſi
⁊c. ¶ Queritur quare epl'a ſumitur de veteri te-
ſtamento ⁊ aliquando de nouo. Solu. Epiſtola
ſignificat officiū Johānis ꝑcurſoris ⁊ Jo. xp̄m
venturū nō ſolum predicauit imo preſentē mō
ſtrauit. Jdeo epl'a aliquando ſumitur de veteri
teſtamento ⁊ aliquando de nouo. ¶ Queritur q̄
re oratio precedit epiſtolam. Solutio. Epiſto-
la eſt quedā lectio doctrīe: ⁊ ideo ipā precedit
oratio vt auditores ꝑficiant. ¶ Queritur quare
epiſtola precedit euāgeliū. Solutio ſm cōpen.
theo. q2 epiſtola notat obſeruātiam veteris le-
gis euangelium: vero noue legis: ideo epiſtola
ꝑcedit euangeliuʒ. Alia ratio eſt ſm Jnnocen.
quare epiſtola debet ꝑcedere euangeliū ad de-
notandū officiū ꝑcurſoris qđ beatus Johānes
baptiſta ante xp̄m exercuit. Lu. i. ¶ Queriť qua
re in principio epiſtolarū pauli dicitur fratres
in principio epiſtolarum canonicaꝝ chariſſimi.
in illis de apoſtolis in diebus illis ⁊c. Solutō.
Quia beatus paulus ſcribebat ad cōuerſos iter
quos debet eſſe ſpūalis germanitas. Jdeo dici
tur fratres. illi ꝟo qui ſcripſerūt epiſtolas cano
nicas non ad cōuerſos ad ſe ſpecialiter: ſed ad
oēs generaliter ſcribebāt inter quos debet eē
charitas. ideo i ſignū huius dicitur chariſſimi
Jn libris vero hyſtorialib' ꝓphetalibus ⁊ apo
calipſis tangitur tēpus rei preterite p̄ſentis et
future. Jdeo dum legim' de illis dicim' in die
bus illis. libri aūt ſapiētiales ꝯtinent doctrinā
cōem omni ſtatui neceſſariam in omni tēpore
ideo dicim' Lectio libri ſapiētie. Et debet epl'a
cantari accentu circūflexo ad denotandū ꝙ do
ctor in docēdo debet attollere dei ſublimitatē
⁊ poſtmodū debet redire ad ꝓpriam paruitatē
⁊ debet termiari accentu acuto ad denotandū
ꝙ omnia debem' reducere ad glorie felicitatē
ſm Jnnocentiū. ¶ Queritur quare epiſtola au-
ditur ſedendo. Solutio. Quia ſignificat xp̄i ex
pectationē expectantiū aūt mos ē ſedere. Alia
ratio eſt q2 epiſtola ē quedā lectio ad eruditio-
nem aīe: aīa autē ſedendo ⁊ quieſcendo fit pru-
dens ſm philoſophū. vij. phiſi. Alia ratio eſt ſʒ
Jnnocentiū vt ſignificeť impfectio legis ante
aduentū xp̄i. poſt epiſtolā ſeqtur reſponſorium
quod ſignificat lamento penitentie vocationē
apoſtolorum qui a dño vocati non tm̄ verbo: ſʒ
opere reſponderunt eo ꝙ relictis omib' ſecuti
ſunt eum vt opera ſequētia doctrine audite in
epiſtola correſpondeant vt ſimus factores ver
bi ⁊ non auditores tm̄. Jaco. i. Alio nomine re
ſpōſoriū vocatur graduale eo ꝙ ſignificet greſ
ſum apoſtoloꝝ poſt xp̄m vel ſignificat ꝙ peni-
tentes debent ꝑ gradus aſcendere de virtute i
virtutē ſm Jnno. ſm vero cōpen. Theo. reſpō-
ſoriū ſignificat vite actiue perfectionē ſm vero
rationale ſignificat ꝑfectū ſpūalem vite. Dicto
reſponſorio ſeqtur verſus a vertēdo q2 illi qui
dicunt ip̄m verſum debent ſe vertere ad orien-
teʒ ⁊ eſſe i medio chori ad inſinuandū plenam
cōuerſionē penitētium ad gremiū eccleſie ſm
inno. Et ſi querať quare in tempore paſchali di
mittitur reſponſorium ⁊ ꝟſus ⁊c. Solutio quia
tempus paſchale ſignificat futurū ſtatum eccle
ſie felicē in regno dei in quo ceſſabit lamentū
penitentie. Apoca. xxi. Abſterget deus oēm la
chrymā ab oculis eoꝝ. Dicto verſu ſeqtur alle
luya cū verſu ſuo ⁊ eſt alleluya canticum leticie
Et ideo nō dʒ dici in tempore luct' ſcʒ quadra-
geſime ieiunioꝝ ⁊c. nec in miſſis ꝓ defunctis ⁊
ſignificat alleluya ſm cōpen. Theo. ſpiritualeʒ
exultationē ⁊ ꝑfectionē vite cōtemplatiue. vel
alleluya ſignificat gaudiū populoꝝ de miracu-
lis per xp̄m fact' Luce. xiiij. Ois plebs gaude-
bat de his q̄ glorioſe faciebant ab vel alleluya
ſignificat gaudiū quod penitens hʒ qñ exuit a
peccatis. Math. v. Beati qui lugent: qm̄ ipſi
conſolabūtur. Et exponitur alleluya pluribus
modis. Uno modo ſcđm Hiero. ſic. Alleluya
ſaluū me fac deus. ſm Greg. Alleluya. id eſt cā
tare deo laudes ſm Auguſt. idem eſt ꝙ pater ⁊
filius ⁊ ſpiritusſanctus. ſcđm Ambro. idē eſt ꝙ
ſalus vita ⁊ lux. Hugucio ⁊ papias dicūt ꝙ idē
eſt ꝙ laudare dominū ⁊c. Dicto alleluya ſequiť
verſus. Et ſignificat verſus interpoſitus cōuer
ſionem. Cōuerſi eñi de duobus gaudent ſcʒ de
euaſione ſuppliicioꝝ ⁊ de acquiſitione premioꝝ
ideo alleluya bis reſumitur. Eccleſi. xxx. Non ē
oblectamentum ſuper cordis gaudiū A ſeptua
geſima vero vſqʒ ad paſcha tractatus đ: et alle
luya tacetur quia illud tempus eſt tēpus peni-
tentie ⁊ alleluya eſt canticū leticie ideo ⁊c Tra
ctus vero dicitur quia repreſentat miſeriā pre-
ſentis incolatus. de qua pſalmi. Heu mihi q2
incolatus meus prolōgatus eſt ⁊c. Poſt paſcha
vero alleluya ſepius repetitur ꝓpter gaudium
reſurrectionis noſtre reconſiliationis ⁊ eterne
glorificationis. Dicto alleluya cum verſu ſuo ſe
quiť in ſolennitatib' ꝓſa ſeu ſequētia ⁊ ē ſimili-
ter proſa canticum leticie q2 in proſa exprimiť
victoria obtenta ꝑ glorificatū quare ſublimat'



eſt ad celi faſtigia. Deīde ſequitur euāgeliū in
cuius principio ſalutat lecturus populū vt red
dat populū attentum ad audiendū euangeliū:
quia per euangeliū populus perfecte in doctri
na xp̄i inſtituitur. Jaco. i. Cū manſuetudine ſu
ſcipite inſituʒ verbum qđ poteſt ſaluare aīas ve
ſtras. Multis eñi modis locut' eſt nobis de' in
prophetis. ſed in euangelio loquitur nobis i fi
lio. ad Hebre. i. ca. ¶ Queritur quare dū debʒ le
gi euāgeliū liber a dextera parte i ſiniſtrā por-
tatur. Solu. ſm Jnno. ad denotandū ꝙ predi-
catio fidei primo fuit facta iudeis ⁊ inde gētili
bus. ¶ Queritur quare aliquādo dicitur initiuʒ
ſancti euangelij: ⁊ aliqñ ſequētia ſancti euange
lij. Solu. quādo euangelium ſumitur a princi-
pio tunc dicitur initium ſancti euangelij. quan
do vero nō ſumitur a principio tunc đr. Sequē
tia ſancti euāgelij. Dicto ꝟo titulo dʒ reſpōde-
ri. Gloria tibi dñe: quia in euangelio agitur de
gloria dei ⁊ noſtra qualiter. ſ. xp̄s diabolū vicit
⁊ nos redemit ⁊ victor ad gloriā patris aſcēdit
ideo reſpōdetur. Gloria tibi dñe: quaſi dicatur
dñe gl'ia tua que in euāgelio predicatur nobiſ-
cum ſine fine ꝑmaneat ⁊ ſemꝑ creſcat. ¶ Queri-
tur quare quādo euāgelium legitur cerei accē
duntur. Solutio. Lumen ꝑcedit euangeliū ad
denotandum ꝙ lumine euangelij totus mund'
illuminatur: ⁊ aliquādo accenduntur duo cerei
ad denotāduʒ ꝙ chriſtus miſit diſcipulos ſuos
binos ⁊ binos p̄dicare euangelium: vel ad de-
notandum ꝙ p̄dicatores debent habere notici
am vtriuſqʒ teſtamenti ꝙ autē aliquando vnus
cereus accenſus ꝑcedit ſicut in dieb' ferialib'
ſignificat ꝙ xp̄s in primo aduentu a paucis fu-
it notus vel ꝙ in p̄mo aduētu vnū ſoluʒ precur
ſorē habuit: ſcʒ btm̄ Johannē baptiſtā ꝙ auteʒ
duo cerei ꝑcedunt in diebus ſolēnibus rep̄ſen
tat ꝙ xp̄s in ſecundo aduentu ab oībus cogno-
ſcetur et ꝙ in ſecundo aduentu habebit duos
ꝑcurſores Enoch ⁊ Helyam. ¶ Queriť quare i
notabilibus locis crux precedit euāgeliū. So.
Ad denotandum ꝙ p̄dicatio debet ſequi cruci
fixum. Unde domin' petro Johānis. xxi. Se-
quere me. ¶ Queriť quare lectur' euangelium
petit bñdictionē. Solu. Ad inſinuandum ꝙ p̄-
dicatores euangelij debent habere auctoritatē
p̄dicandi. Luce. xij. Rogate dñm meſſis vt mit
tat oꝑarios ſuos in meſſeʒ ſuā. ¶ Queritur q̄re
alta voce ſacerdos dat bñdictioneʒ dyachono
Solu. Quia euangelium ſignificat tēpus gra-
tie ſub quo xp̄s viſus eſt ⁊ cum hoībus cōuerſa
tus. Baruch. iij. Jdeo datur benedictio viſibi-
liter ⁊ poſtulatur. ¶ Queriť quare ſacerdos nō
dat ſic benedictionē ſubdyachono. Solu. quia
in epiſtola lex moyſi ſignificať. Deus autē inui
ſibiliter manens legem moyſi docuit: ⁊ ꝓphe-
tas inuiſibiliter miſit. ¶ Queritur quare euange
lium in alto loco legitur. Solu. Ad denotāduʒ
ꝙ doctrina euangelij oēs alias ꝑcedere debʒ et
excellere. Unde apl's ad Heb. vij. Nihil eñi ad-
ducit lex ad perfectionē: euāgelium autem dat
ſalutē omni credenti. Alia ratio eſt ad deſignā
dum xp̄i predicationē. Math. v. Uidens ieſus
turbas aſcendit in montē. Alia ratio eſt ad de
ſignādum xp̄i predicationē ꝓpheticam. Eſaie.
xxx. Super monteʒ excelſum aſcende tu q̄ euā-
geliſas ſyon. Etiam xp̄us dicit Math. x. Quod
in aure dicitis predicate ſuper tecta. ¶ Queriť
quare ſubdyachon' librū ⁊ puluinar portat an
te dyachonum lectuꝝ euangelium. So. Ad de
notandum ꝙ predicator debet vitam ſuā cum
bono opere deo offerre. Unđ apl's ad Colo. iij.
Omne quodcunqʒ facitis aut verbo aut opere
in noīe domini noſtri ieſu xp̄i facite. Jteʒ quā-
do legitur euangelium tam proferens q̄ audi-
entes debēt ſe munire ſigno crucis in frōte: in
ore ⁊ in pectore ſignificando ꝙ nō erubeſcim'
dicere euangelium qđ ore predicam' ⁊ corde fir
miter credim'. vnde ſaluator noſter. Math. x.
Qui me erubuerit ⁊ ſermōes meos: hunc filius
hoīs erubeſcet cuʒ venerit i maieſtate ſua. Jtē
proferens euangelium libꝝ ſignificat. quaſi di.
hic eſt liber crucifixi. dʒ crux fieri cum trib' di-
gitis propter inuocationē ſancte trinitatis: de
qua dicitur Eſa. xl. Qui appēdit tribus digitis
molem terre. Jtē debet fieri crux a ſuperiori ꝑ
te frontis ad inferius: ad deſignandum ꝙ xp̄s
de ſinu patris deſcēdit in vterum ꝟginis: vl' ad
denotanduʒ ꝙ xp̄s eſt genit' eternaliter de ſub
ſtantia patris: ⁊ ducitur crux a ſiniſtra ad dexte
ram ad deſignandum ꝙ xp̄s a leua hui' miſerie
ꝑducet nos ad dexterā ſue glorie. prima Pe. ij.
De tenebris nos vocauit in admirabile lumen
ſuum. Jtē eſt notanduʒ ꝙ lectur' euāgeliuʒ de
bet eſſe ad min' dyachon' ꝓpter euangelij au-
ctoritatem: quia ſm mag. ſenten. xxiiij. diſt. iiij.
Ad dyachonum ex officio ſpectat dicere euan
geliū: vt dicetur in capi. de ſacramento ordinis
¶ Queritur quare lectur' euāgelium debet ha-
bere manus cōiūctas ad pectus. Solu. Ad de-
ſignanduʒ ꝙ operatio legentis debet correſpō
dere intentioni: ſʒ Jnno. ¶ Queritur quare in
principio euāgelij dicitur in illo tempore cum
in principio plurium epl'aꝝ dicatur in dieb' il-
lis. Solutio. Propter euangelij perfectionem
tempus eñi continet diem. ſic euangelium con
tinet doctrinam epiſtolarū ſm Jnno. et intelli
gitur de tēpore rei euāgeliſate. ¶ Queriť qua-

re epiſtola legitur in dextra parte altaris ⁊ euā
geliū in ſiniſtra. Solutio. Qua epiſtola ſignifi-
cat fideles legitur in dextra. Et quia euāgeliū
ſignificat īfideles legit̄ in ſiniſtra. Alia ratio ē
ad denotandum ꝙ xp̄s miſſus fuit a dextra pa-
tris in ſiniſtrā .i. in miſeriā huiꝰ ſeculi. Qđ euā
geliū debeat legi ad aquilonē. ptz: quia predica
tur īfidelibꝰ. Eſa. xlij. Dicā aq̄loni da: ⁊ auſtro
noli ꝓhibere. Itē euāgelium predicat̄ ꝯ inſidi-
as diaboli q̄ ꝑ aquilonē ſignificat̄. Hiere. i. Ab
aquilone pandet̄ oīe malum. ¶ Querit̄ quare
portatur thus ante euangeliū. Solu. Ad deſi-
gnandum aromata q̄ mulieres portauerunt ad
ſepulchꝝ: vel ſm cōpendium ſeptē ſacramētorū
fit thurificatio ad denotandū ꝙ xp̄s oīm bono
odore eſt plenꝰ: ⁊ ab ip̄o deriuat̄ ad fideles per
officium miniſtroꝝ eccleſie vel alio mō ꝑ thuri-
ficationē deſignātur orōnes iuſtoꝝ iuxta illud
Apo. viij. Aſcēdit fumꝰ incenſoꝝ de orationibꝰ
ſcōꝝ oīm ſuꝑ altare aureum corā deo. Uas eni
dr̄ turribulum qđ debet eſſe clauſum inferiꝰ. ꝑ
qđ deſignatur ꝙ celebrās dz terrena deſpicere
debet habere in ꝑte interiori ignē. per qđ deſi-
gnatur ꝙ celebrās dz hr̄e charitatē feruidā: de
bet hr̄e in ꝑte ſuꝑiori apturas ꝑ qđ deſignatur
ꝙ celebrans debet ꝯtemplari celeſtia. Apoca.
viij. Alius angelꝰ ſtetit ante altare habēs tur-
ribulum aureū. ibi gloſa que dicta eſt. ¶ Queri-
tur quare dū legitur euāgelium hoīes debēt eē
ſtātes. Solu. Ad denotandum ꝙ ſint parati ad
prelium ꝓ xp̄i fide obſeruanda. ¶ Querit̄ qua-
re deponūtur capucia. Solu. Ad denotandum
ꝙ doctrina euangelica omnia velamina legis
antiq̄ remouit. Itē ad oſtendendum ꝙ oēs qui-
cq ſenſus debēt eſſe aperti ad audiendum euan
lium. Finito euāgelio dz quiſq ſe munire ſigno
crucis ꝯtra diabolum ne recipiat ſeu remoueat
v̄ba euangelica a cordibꝰ audientiū. Luce. viij.
Uenit diabolus ⁊ tollit v̄bum de corde eoꝝ ne
credētes ſalui fiant. Deinde datur liber aptꝰ ſa
cerdoti ad oſculandum ꝑ qđ deſignat̄ ꝙ ſacer-
dos debet hr̄e plenā cognitionem ꝯtentoꝝ in
libro euāgelio. ¶ Luc. viij. Uobis datū ē noſſe
myſterium verbi dei. Dicto euāgelio ſeq̄t̄ ſym-
bolū a ſyn qđ eſt con ⁊ bole ſententia: quaſi ſen
tentia apoſtoloꝝ ſimul vel ortodoxoꝝ ſimul cō
gregatoꝝ. Et eſt notandum ꝙ non ſemper poſt
euangelium dicitur ſymbolum: vt ptz in mar-
tyrologio Gregorij ſuꝑ quo eſt notandū ꝙ q̄-
druplex eſt ſymbolum. vnum editum a collegio
apoſtolorum quod dicitur ſub ſilentio in prima
⁊ in completorio. Aliud ſymbolū fuit editum in
conſilio conſtātinopolitano. licet aliq̄ dixerint
in conſilio Niceno. ⁊ illud cantatur alta voce in
miſſa poſt euangelium. Aliud ſymbolū fuit edi-
tum ab Athanaſio qđ eſt quicunq vult ſaluus
eſſe. Aliud fuit editum in cōſilio Niceno de ſy
nodis. Primum fuit ad fidei inſtructionē. Se
cundum ad fidei ampliationē. Tertiū ad erroris
excluſionem. Quartum ad fidei ſolidam defen
ſionem. ¶ Queritur quare ſymbolum apoſtolo
rum nō dr̄ in miſſa. Solutio. Quia ſymbolū cō
ſtantinopolitanum fuit factum ad multas here
ſes eligendas: ideo dicitur in miſſa. Et non illđ
apoſtoloꝝ in quo non ita explicite hereſes re-
frenātur quia non ſolum attēdēda eſt dignitas
immo etiā vtilitas. ¶ Queritur quare ſymbolū
apoſtoloꝝ dicitur ſubmiſſa voce. Solutio. Ad
denotandum ſtatum primitiue eccleſie ī quo ſta
tu non audebant apoſtoli ⁊ fideles cōfiteri pu
blice fidem catholicam. Et dicitur in prima ſꝫ
beatum Auguſtinum in libro de ſymbolo: qꝛ va
let ad bonas oꝑatōes que fiunt maxime de die
Et ideo dicitur in prima videlicet ad vincēdas
tēptationes que impugnant maxime de nocte:
ideo dicitur in completorio. Symbolum atha-
naſij dicitur in prima quia fides que ibi explica
tur dicitur prima virtutum. vt dictum fuit ī ꝓn
cipio iſtius libri. ⁊ dicitur alte quia fuit editum
ad perfidiam hereticorum confundendam que
magis confundit dū hoc ſymbolū publice dici-
tur ſm eundē Auguſtinum. ¶ Queritur quare
dicit̄ in iſto ſymbolo qđ dicit̄ ī miſſa. Credo in
vnū deum: cum in ſymbolo apoſtoloꝝ dicatur
credo in deum patrem. Solu. Hoc dicitur ad de
notandum eſſentie diuine vnitatem cuiꝰ cōtra-
riū tenebant plures heretici dicētes ꝙ vnitas
eſſentie nō ſe compatiebatur cum trinitate ꝑſo
narum. Conſequēter loquitur de filio ⁊ ſpūſan
cto. ¶ Queritur quare nō dicitur in illo ſymbo
lo patrem creatorem ſicut in ſymbolo apoſtolo
rum. Solu. Creare ē aliquid de nihilo facere: fa
cere aūt de aliquo aliq̄d ꝓducere. ideo vt oſtē-
datur ꝙ nō ſolū eſt creator eoꝝ que ſunt de ni-
hilo: ſed omniū que ꝓducta ſunt ex materia ꝓ
fitetur fides catholica factorem. Sequitur ⁊ in
vnum dominum ieſum chriſtum filiū dei vnige
nitum. hic tangunt̄ ſex ꝑ que excludunt̄ ſex he-
reſes. Prima fuit ꝙ filius non erat vnus deꝰ cū
patre contra quā dicitur ⁊ in vnum. Alia here-
ſis ꝙ filius erat minor patre cōtra quā dicitur
dn̄m ieſum chriſtum. i. equalem patri ⁊ ſpiritui
ſancto. Tertia hereſis ꝙ erat filius adoptiuus
non naturalis. contra quā dicitur filiū dei vni-
genitum. Quarta hereſis ꝙ filius dei erat natꝰ
ex tp̄e nō ab eterno. ꝯtra quā ex patre natū an
te omnia ſecula. Quinta hereſis ꝙ filiꝰ dei erat
creatura contra quam dicitur deū de deo. Sex



ta hereſis ꝙ ſi filius ſit deus de deo ꝙ aliq̄d mi
nuit de deo contra quā dr̄ lumē de lumine: quia
ſicut lumē eſt de lumine ſine diminutione. ita
filiꝰ de pr̄e ſine diminutione. Queritur cū filiꝰ
ſit ꝯceptus ex ſpūſctō quare nō dicit̄ filiꝰ ſpūſ-
ſancti. Solu. ſm mag. ſen. li. ij. di. iiij. non dr̄ fi-
lius ſpūſſancti licet oꝑatione ſpūſſancti cōcep-
tus ne ex hoc generaret̄ cōfuſio ꝑſonarū ī diui
nis. Queritur quare hoc totū crucifixus mor-
tuus ⁊ ſepultus dr̄ vnus articulus. Solu. quia
hec oīa facta fuerūt in vna die. Queritur qua-
re non dr̄ in illo ſymbolo deſcēdit ad inferna ſi
cut in illo apoſtoloꝝ. Solutio. quia pauci dubi
tauerūt in hoc articulo. Alia ratio fuit ne dare
tur occaſio aliquibus dicendi eē detentū in in-
ferno. Queritur q̄re xp̄us reſurrexit. Solutio
Primo vt ſcripturas īpleret vt nos ad reſurgē
dū ſpūaliter ꝓuocaret: qꝛ turpe eſt vt ſeruus ſe
deat qn̄ corā eo ſurrexit dn̄s. Itē reſurrexit pro
pter iuſtificationē noſtrā. ¶ Queritur quare re
ſurrexit tertia die. Solutio. ꝓpter duplicē ſtatū
iuſtoꝝ quē tangit Greg. ſuꝑ ezechielē di. ſexta
feria xp̄us paſſus eſt. Sabbato quieuit in ſepul
chro. Dominico reſurrexit a morte. p̄ſens eīm
vita adhuc nobis eſt ſexta feria qꝛ anguſtijs et
doloribus cruciamur. Sabbato quaſi in ſepul-
chro quieſcimus: qꝛ requiē aīe poſt mortem in
uenimus. Dn̄ico aūt vna cū corporea morte re-
ſurgemus ⁊ in gloria gaudemꝰ. Alia ratione re
ſurrexit tertia die ad oſtendēdum ꝙ ſicut ī ore
triū firmiter ſtat oē verbū ita in tribꝰ diebꝰ ex
perit̄ oē factū. ꝑma ad Corinth. xv. Reſurre
xit tertia die gloſa. ꝓbata vera morte. ¶ Querit̄
q̄re xp̄us nō expectauit cōmunē reſurrectionē
Solutio. ꝓpter ſui corꝑis dignitatē. vn̄. pſ. Nō
dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Se
cundo ꝓpter fidei veritatē. Unde apoſtolus ſi
xp̄us nō reſurrexit inanis eſt fides noſtra. ꝑma
ad Corint. xv. Tertio ꝓpter noſtre ſpecialis re
ſurrectionis exemplaritatē vt ſcꝫ ſicut xp̄s cito
reſurrexit a mortuis ita ⁊ nos in nouitate vite
ambulemꝰ ad Ephe. v. Surge qui dormis ⁊ ex-
urge a mortuis. ¶ Querit̄ quare dr̄ ī iſto ſymbo
lo ſm ſcripturas. Solu. Intelligit̄ ſm ſcriptu
ras. id eſt ſcđm veritatē. Quia omnis ſcriptura
diuinitus inſpirata eſt vtilis ad docēdum ⁊ eru
diēdum in iuſticia. ſecunda ad Thimo. iij. ⁊ Au
gu. in libro de trinitate diuinaꝝ ſcripturarum
a veritate mens noſtra deuiare nō dz. ¶ Queri
tur quare chriſtus aſcendit. Solutio. ꝓpter ia-
nue celeſtis apertionē. vnde cantat eccl̄ia. Tu
deuicto mortis aculeo aperuiſti credentibus re-
gna celorum. Item aſcendit vt ſpiritūſanctum
mitteret. Iohan. xvi. Si nō abiero paraclitus
non veniet ad vos. Item aſcendit vt deſideriū
noſtrum poſt ſe traheret can. trahe me poſt te.
¶ Querit̄ quare non aſcendit ſtatim poſt reſur
rectionē. Solu. Propter ꝓbandā veritatē ſue
reſurrectionis q̄ erat articulus inter ceteros diſ-
cipulos ad credendū. ¶ Querit̄ quō ītelligitur
illud ſedet ad dexterā patris. Solu. Dicendum
eſt ꝙ duo intelligūtur per dexterā vnū. ſcꝫ eq̄-
litas maieſtatis ad quā xp̄us ſedet ſm deitatē.
de hoc ap̄lus. Hebre. viij. Talem habemꝰ ponti
ficem qui cōſedit in dextera maieſtatis ī excel-
ſis. Aliud quod intelligitur ſunt potiora bona
glorie ī quibus xp̄s ſedet ſm humanitatē quia
collatum eſt ei a deo patre quicquid cōferri po-
tuit. Et ſi dicatur illa habuit xp̄us ab inſtanti
ſue conceptionis bene conceditur. tn̄ in aſcēſio
ne fuerunt manifeſta ⁊ incongruentia loci com
pleta ſm compen. theo. ad dexteram dei patris
ſedet: quia diu laborauit in ſiniſtra mūdi. vnde
p̄s. In laboribus ſui a iuuētute mea. ⁊ alibi. Af
flictus ſum ⁊ hūiliatꝰ ſum nimis ⁊c̄. ¶ Queritur
an cōueniat alij ſedere ad dexterā patris. So.
Sedere ad dexterā pr̄is ſoli xp̄o cōuenit: quia
ſedere ad dexterā importat equalitatem ſcđm
glo. ſuꝑ illud ad Ro. viij. Qui eſt ad dexterā dei
patris: eſſe aūt ad dexterā dei eſt eſſe in eterna
beatitudine: ⁊ ſic nō ꝯuenit alijs a xp̄o. Querit̄
cum xp̄us ſedeat ad dexteram patris q̄re dice-
bat Btūs ſtephanus. Ecce video celos apꝰtos ⁊
ieſum ſtantem a dextris dei. Actuum. vij. So-
lutio. Beatus ſtephanus in tribulatione poſi-
tus vidit ieſum ſtantē quem nos credimus re-
gnantē ⁊ quieſcentē eo ꝙ ieſum habebat ꝓ pu
gnatore ⁊ ſuſceptore. ¶ Queritur q̄re dr̄ ⁊ iterū
Sol. Propt̄ ꝑmū aduētum per incarnationē dr̄
⁊ iterum ꝓpter aduētum eius ad iudiciū. Actu.
i. Sic veniet quēadmodum vidiſtis eum euntē
in celum. ⁊ Math. xiiij. Uidiſtis filium hoīs
venientem in nubibus celi. Queritur quare di
citur qui locutus eſt per ꝓphetas. Solutio. Ad
denotandum ꝙ maior fides ſit eis adhibenda
cum ſint verba diuina: qꝛ ſpirituſſanctꝰ loq̄bat̄
per ꝓphetas. Queritur quare non dr̄ ⁊ in vnam
ſanctam eccl̄iam catholicam ⁊c̄. Solutio. Non
debet poni quia eccleſia nō eſt finis vltimus: ſꝫ
potius via ad finem: ideo nō dr̄ in ſecus eſt qn̄
dicitur credo in ſpiritumſanctum: quia in ibi
notat finem tripliciter vt ſit ſenſus credo ī ſpi-
ritumſanctum. id eſt credendo tendo in eū ſicut ī
finem. ¶ Querit̄ quare dr̄ articulus credo vnam
ſanctam eccl̄iam ⁊c̄. Solutio ſm Inno. quia ec
cleſia eſt corpus xp̄i miſticum ⁊ xp̄us eſt caput
vt ergo plene habebatur fides đ capite neceſſa
rium eſt credere corpus qđ eſt eccleſia catholi-

ca vnam eſſe dr rōne vnitatis fidei ⁊ charitatis
ad pbilip.iiij. Unus deus vna fides. ſanctā dici
tur ratione puritatis ſanctitatis ⁊ bonitatis.
vnde Leuitici.xi. Sancti eſtote: quā ego ſanct⁹
ſum. Catbolicā dicitur rōne vniuerſalis cōfor-
mitatis. qr vniuerſi debēt ɔformari in fide. iux
illud. ps. Oēs gentes quaſcūqꝫ feciſti venient
⁊ adorabūt corā te dñe. Apoſtolicā dr quia per
apoſtolos ſumus edocti in doctrine veritate ad
Epbe.iij. ¶ Querit̄ quare dr ɔfiteor vnū baptiſ
ma cū nō ſit articulus. Solu. Quāuis nō ſit ar
ticulus fidei ſm Inno. tñ eſt annexū articulo q̄
re dr cōfiteor ⁊c. idem poſſet dici de alijs ſacra-
mētis. ¶ Queritur quare dicit̄ vnū baptiſmū cū
a doctoribus enumeret̄ tres ſpecies: ſcꝫ flamis
flumis ⁊ ſanguis. So. Unū dr ꝓpt̄ altiſſimi vni
tatē ad Pbilip.iiij. Unū baptiſma ⁊c. Item dr
vnū ꝓpt̄ quorūdam bereticoꝝ prauitatem qui
dicebant boiem eē rebaptiſandū q̄tienſcūqꝫ ca
deret in pctm̄ mortale ⁊ bec fuit bereſis dona-
tiſtarū ⁊ recitat btūs Aug. i li. de bereſi. c. lxvi.
Alio mō dicendū eſt ꝙ ſolus baptiſm⁹ flumis
eſt ſacramētū ⁊ nō flamis nec ſanguinis: quare
bene dr vnū. Querit̄ quare bic nō dr cōmunio-
nem ſanctoꝝ ſicut in alio ſymbolo. Solu. ſatis
intelligitur ꝑ boc ꝙ dr vnā ſanctā eccleſiā ⁊c.
Dicto ſymbolo ſequit̄ offertoriū: vbi primo ſit
populi ſalutatio cū ſacerdos dicit dñs vobiſcū
⁊ eſt tertia ſalutatio bic quā facit ſacerdos. Nā
prima ſit in collecta. Secūda in euāgelio. Ter-
tia in offertorio: ⁊ boc ꝓpter expreſſionē trini
tatis perſonaꝝ ante oblationē ſacrificij. Et dr
offertoriū de offero: qr tunc offerimus noſmet
ipſos ⁊ ea que ſunt neceſſaria ad miſſam. ſ. panē
vinū aquā ⁊ oblationes ad ſuſtentationē mini-
ſtroꝝ eccleſie. Exodi. xxiij. Nō apparebis coraꝫ
me vacuus. Deinde ſeq̄tur oratiōis ꝑmiſſio cuꝫ
ſacerdos dicit oremus ad denotādū ꝙ niſi dñs
fuerit nobiſcū ad ſalutē noſtrā orare nō poſſu-
mus. Et ſi querat̄ quare nō ſtatim poſt ꝑmiſſio
nē ſequit̄ oratio. Solutio. Quia iſti oremus qd̄
dicit ſacerdos correſpōdent ſecrete q̄ poſt lotio
neꝫ manuū dicuntur ⁊ boc ſit ꝓpter ſignifica-
tionē ad denotandū latibulū xp̄i quo latuit an-
te tempus paſſionis: qr nō iā paulā ambulabat
apud iudeos: ſed abijt in regionē iuxta deſertū
in ciuitatem que dr Effren. ⁊ ibi morabatur cū
diſcipulis ſuis ſicut dr Iobanū. xi. Uel illud ſit
vt tam ſacerdos ꝙ̄ populus recolligat ſe in illo
intermedio ad deuotionis orandū. Deinde ſa-
cerdos offert panē vinum ⁊ alia ſibi oblata. d.
ſuſcipe ſancta trinitas ⁊c. Et facit ſignū crucis
ſuper panē ⁊ vinū ad boc ꝙ deus eos ſanctifi-
cet. tñ ſacerdos ſi recte agat benedicit aquam ⁊

non vinū: quia aqua ſignificat pplm̄ qui indi-
get benedictione dei. vinū aūt ſignificat xp̄ꝫ q̄
eſt ſuper om̄ia benedictus ⁊ boc pro prima ꝑte
miſſe. ¶ Sequitur ſcd̄a pars miſſe q̄ eſt ad mate
rie conſerationē cuius ſecunde partis quattu-
or ſunt particule. prima particula dicitur ſecre
ta. ſcd̄a prefatio. tertia canon. quarta oratio do
minica ſm compen. tbeologie. li. vi. ſecreta ſig
nificat ſtatum vie. prefatio ſtatum patrie. canō
ſignificat tranſitum membrorū i corpus xp̄i mi
ſticum. oratio dominica ſignificat filiationem
per gratiā. Recepta oblatione ſacerdos lauat
manus ad denotādum ꝙ ſacerdos ſit interius
lotus per cōfeſſionē ſicut exterius manus mū-
dantur per ablutionem. Et lauantur extremi-
tates digitoꝝ ad deſignādū emūdationem a mi
nutis peccatis que quidem emūdatio ſit ad al-
tare per ɔfeſſionē in introitu miſſe. vel ꝑma lo
tio que ſit ante miſſam ſignificat ꝙ ſacerdos ac
cedens ad altare dꝫ de pctīs ſuis plenā feciſſe
ſatiſfactionē. Et ſecūda lotio q̄ ſit poſt offerto
riū ſignificat ꝙ ſacerdos dꝫ babere ſanctā affe
ctionē. Io. xiij. Et dū lauat manus poſt offerto
riū dicit ſeptē verſus vni⁹ pſalmi ad poſtulāduꝫ
ſeptē dona ſpūſſancti quibus indiget. Et redit
ad altare ⁊ inclinat ſe ꝓfunde: dicēs in ſpū bu-
militatiſ ad deſignādū ꝙ per mundicia cordis
innocentiā vite ⁊ bumilitatē efficit̄ quis dign⁹
miſterio bui⁹ ſacramēti Eſa. i. Lauamini ⁊ mun
di eſtote. deinde erigit ſe ⁊ vertit ad pplꝫ dicēs.
Orate pro me fratres: per qd̄ deſignat̄ ꝙ xp̄us
dixit diſcipulis ſuis. orate fratres ne intretiſ in
tentationē. Lu. xxij. ⁊ Matb. xxvi. Et illi q̄ au-
diunt miſſā debēt dicere tūc ſꝫ Greg. Accepta
bile ſit oipotēti deo ſeu acceptū ſacrificiū tuū.
Alij dicūt dñs ſit in corde tuo ⁊ i ore tuo ad di
gne ꝑagendū boc ſanctū ſacrificiū. Alij dicunt
illū v̄ſuꝫ Meōr ſit dñs ſacrificij tui ⁊ bolocau-
ſtū tuū pingue fiat. Alij dicūt ſpūſſctūs ſupue-
niat i te ⁊ virt⁹ altiſſimi obūbret tibi. In miſſa
li vero Ro. bebent̄ bec verba: ſuſcipiat dñs ſa-
crificiū de manib⁹ tuis ad laudē ⁊ gloriā nomis
ſui ad vtilitatē noſtrā totiuſqꝫ eccl'ie ſue ſācte
amen. Hoc ꝑmiſſo ſacerdos ſub ſilētio ſecretā
dicit. Pro quo eſt notādū ꝙ totideꝫ ſecrete in
eodem ordine ⁊ de eodē debent dici quot colle
cte ꝑceſſerūt ante in exordio miſſe. ſ. ante epl'aꝫ
neqꝫ pl'es neqꝫ pauciores: ⁊ dr ſecreta: qr ſecrete
ꝓnunciat̄: vel qr ſecrete ſignificāt tempus quo
xp̄us latuit ꝓpter metū iudeoꝝ ꝙ̄uis olim alta
voce dicerentur. Uñ ab oibus laycis ſciebātur
ſm ꝙ narrat magiſter Arnoldus boleti in ſua
ſūma: ⁊ ſimil'r Iobannes boletb. Unde cōtigit
ſemel ſuper boc vnum magnū ſcandalum tale



quod ſequit̄. Paſtores quadā die ſuper quēdaꝫ
lapidē poſuerunt panē ⁊ ſuꝑ panē dixerunt ver
ba canonis ⁊ panis in ꝓlatione verboꝝ conuer
ſus eſt in carnē ⁊ ſtatiꝫ ictu fulminis ꝑcuſſit pa
ſtores ⁊ mortui ſunt: ⁊ ideo a ſummis pontifici
bus ſtatutum fuit ꝙ decetero v̄ba canonis ſub
miſſe ſub ſilentio dicerētur. Alia cauſa aſſigna
tur a docto. ſ. ne talia verba canonis vileſcāt: ſi-
cut ſacra ſcriptura data eſt obſcure ne vileſcat.
Tamen notandū eſt ꝙ in dieb⁹ aliquoꝝ ieiunio
rum dicunt̄ plures collecte ꝙ̄ ſecrete. Scd̄o ē
ꝓpter lectiones ante epiſtolam dictas q̄ quidē
lectōes ſignificāt ꝑdicatiōeꝫ: modo predicatio
debet precedere orationem ſꝫ btm̄ Auguſtinū
in libro de doctrina cbriſtiana. Ideo illis dieb⁹
dicuntur plures collecte ꝙ̄ ſecrete. In paraſce
ue vero qd̄ dicit̄ de paro as. ⁊ cena ne. q̄a iudei
parabāt ꝓ ſabbato ea q̄ decebant comedere. Et
in ſabbato ſancto lectio prīa precedit orationē
nem ad oſidendum ꝙ tunc ſit renouatio teſta-
menti: ⁊ quia vetus ꝑcedit nouum: lectio q̄ deſi
gnat vetus teſtamēti ꝑcedit orationē que deſi-
gnat nouuꝫ teſtamētuꝫ: vel alia de cauſa lectio
precedit orōnem ad denotādū ꝙ in illo triduo
babemus xp̄m crucifixū tanꝙ̄ aduocatū fidelē
⁊ bonuꝫ: et cui⁹ cōfidentia ꝑme lectioni nō eſt
oratio premittēda. Et finit celebrās orōnes ſe
cretas dicendo. Per dñꝫ noſtruꝫ ieſuꝫ xp̄ꝫ filiū
tuum q̄ tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūſſan
cti deus. vſqꝫ ad illaꝫ partem. Per oīa ſecula ſe
culoꝝ. Prefatio incipit ibi. Per oīa ſecula ſecu
loꝝ: alta voce ꝓnunciādo vbi ſunt duo notan-
da. primum qr prefatio eſt idem ꝙ ꝑlocutio ſeu
ꝑparatio: quia accedētes ad illd̄ ſacrificium de
bent diligentiſſime ſe ꝑparare. Aliter iudiciuꝫ
ſibi manducāt ⁊ bibunt. prime ad Coꝛ. xi. Pro-
bet autē ſeipm̄ bō ⁊c. Alid̄ qd̄ eſt notādum ē ꝙ
dicendo. Per oīa ſecula ſeculoꝝ: ſm btm̄ Aug.
in lib. de ciuitate dei itelligitur eternaliter ca-
piendo eternaliter a ꝑte finis. Uel ſic. Per oīa
ſecula ſeculoꝝ. i. boc ſacrificiuꝫ cui⁹ effect⁹ ē in
finitus vſqꝫ ad finē ſeculi admiſtrabit̄ ſub iſtis
ſpecieb⁹ panis ⁊ vini in commemoratōe paſſio
nis ſaluatoris noſtri. iuxta illd̄ Matbei. xxviij.
Uobiſcū ſum omnib⁹ diebus vſqꝫ ad cōſumma
tionē ſeculi: ⁊ poſt celebrās nō vertens ſe ad po
puluꝫ dicit. Surſum corda. q. d. babete ad dñm
corda ſurſum eleuata. iuxta verbum apoſtoli. ad
Colocēſes. iij. dicētis. Que ſurſum ſunt querite
quia ꝙ̄uis in ſignuꝫ bumiliationis proni aliq̄n
oremus. tamen in ſignuꝫ attentionis manus et
oculos ſurſuꝫ attollimus: vt poteſt videri. Heſ-
dre. x. Et populus quaſi conſentiēs dicit babe-
mus ad dñm: ⁊ quia pro omnibus que deus con

tulit nobis gratias ei impēdere debem⁹. Sub-
iungit ſacerdos gratias agamus ⁊c. Et popul⁹
quaſi conſentiēs reſpondit. Dignum ⁊ iuſtuꝫ ē.
Deinde ſacerdos dicit prefationē in qua nomi
nantur aliqui ordies angeloꝝ: quia in miſſa an
gelos ꝑſentes eē credimus ⁊ aſſiſtere ſacerdo-
ti. Et ſunt decem prefationes: vt babetur de cō
ſe. diſt. Deinde dicitur ſanctus ter ad denotan-
duꝫ trinitatē ꝑſonaꝝ: ⁊ ſumitur Eſa. vi. vbi Eſa
ias dicit ſe vidiſſe ſerapbin clamātia ſanct⁹ ſan
ctus ſanctus. ⁊ Apocalipſis. iiij. babetur ꝙ Io
bannes euāgeliſta audiuit quattuor animalia
que non ceſſabant dicere illud canticum ſanct⁹
ſanctus ſanct⁹. poſtea dicit verſus. Benedict⁹
qui venit in nomine domini: quē cantabāt pue
ri bebreoꝝ in die ramiſpalmarum q̄ñ ſaluator
noſter venit bieruſalem. quidem verſus ſcribit̄
Matbei. xxi. Et cuꝫ cantatur debet fieri ſignū
crucis in ſignum ꝙ ille verſiculus ſumitur de
euangelio quod eſt liber crucifixi. Canon inci-
pit. Te igitur ⁊c. vbi ſacerdos debet ſe inclina-
re ante altare ad denotandum ꝙ Petrus apo-
ſtolus inclinauit ſe dum proſpexit in monumen
tum ſm rōnale: vel ſacerdos inclinat ſe ſignifi
cans cbriſtum orantem proſtratum quando ſu-
dor eius factus eſt ſanguineus. Luce. xxij. Et fa
ctus ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurren
tis in terram. ⁊ Matb. xxvi. Legitur ꝙ cbriſt⁹
procedit in faciem ſuam orans: ⁊ dicitur canon
regula: quia ex regularibus inſtitutionibus pa
trum ſanctoruꝫ cōponitur ⁊ oſculatur ſacerdos
altare ad denotandū veram amorē concordiaꝫ
⁊ dilectionem canticoꝝ prīo oſculetur me oſcu-
lo oris mei. ¶ Item. T. debet figurari in ſignuꝫ
crucis eo ꝙ illud ſacramētuꝫ ſit commemoratū
paſſionis ieſu cbriſti: vel quia in veteri teſtamē
to dictum fuit angelo bono percutiēti egyptū
ꝙ ipſe occideret ſenē adoleſcentulū virginē ⁊ ꝑ
uulum: ⁊ mulieres iterficite ⁊ a ſanctuario meo
primo incipite. Super quem autem videbitis
tau. nō occidatis. Ezecbiel'. ix. Niſi ſcriptū eſſet
in frontibus eoꝝ tau. quod bebraice ſignum eſt
crucis in quo canone oratur pro eccleſia catbo-
lica. pro papa. ꝓ epō ⁊c. Et ſi ſacerdos celebret
pro aliquo ſpecialiter debet virtutem ſacramē
ti referre ad ipſuꝫ. Tamē ꝓpter boc non exclu-
ditur quin poſſit ⁊ debeat orare pro alijs. Item
ſacerdos anteꝙ̄ dicat miſſam dicit vel dꝫ dice-
re domine deus ego in miſſa intendo tibi recō
mendare iſtum ⁊ iſtum. Et poſtea in miſſa ſuffi
cit ꝙ dicat memento domine illoꝝ quos tibi re
cōmendaui antea magna maturitate ⁊ attētio-
ne ꝓnunciando verba canonis: non nimis mo-
rando ne diabolice tentationes interueniant.

Et ideo in figura dictũ fuit filijs iſrael ꝙ come
derent agnum paſchalẽ feſtinanter. Item ora⸗
tio debet eẽ mẽtalis:vt ſacerdos ſit magis attẽ
tus: quia ſermo impedit aliquotiẽs attentõez:
etiam deus precipue attendit ad petitionẽ cor⸗
dis ⁊c. ¶ Queritur quare in canone nulla ſit me
tio de cõfeſſorib⁹. Solu. ſm. Inno. quia canon
prius fuerat editus ꝙ memoriã ꝯfeſſoꝝ eccl'ia
celebraret. Sancti eñ qui in canone cõmemo
rant̃ p̃ceſſerunt ſilueſtrũ p̃ter Iohannẽ ⁊ Pau
lum marcellinũ ⁊ petrum q̃ p̃mo ſucceſſerunt
Eccleſia vero poſt tp̃a beati ſilueſtri cepit con⸗
feſſoꝝ memoriã venerari:tñ vt dicit Innocen.
Traditur Gelaſium papam quinquageſimũ pri
mum a petro canonem principaliter ordinaſſe.
¶ Queritur quare iſti martyres potius noĩant̃
in canone ꝙ alij. Solutio ꝓpter miraculũ:q̃a a
liqui ſancti patres deleuerunt noĩa iſtoꝝ de ca⸗
none:ſed dum mane ſurgerent iteꝝ noĩa iſtorũ
quos deleuerunt litteris aureis inuenerũt ite⸗
rum in canone ſcripta ⁊c. Conſequẽter accedit
ſacerdos celebrans ad conſecrationẽ dicendo v̾
ba effectiua cõſecrationis ſuper vtrãq; ſpecie
panis ⁊ vini. Super ſpeciẽ panis dicit. Hoc eſt
eñ corpus meũ ⁊c. Et deĩde eleuat in altũ ſigni
ficãs eleuationẽ chriſti in cruce. Deinde ſuper
vinum dicit. Hic eſt eñ calix ⁊c. ⁊ eleuat in altũ
ad denotandum ꝙ totus xp̃us fuit eleuatus in
arbore crucis ꝓ redẽptione totius humani ge
neris: ⁊ quare ſanguis ſeparatim a corpore ad
denotandum ſeparationẽ ſanguininis a corpo
re xp̃i in paſſione vt clarius videbit̃ inferi⁹ ⁊c.
Deinde celebrãs extendit brachia ad denotan
dum extentionem brachioꝝ xp̃i in cruce. Dein
de celebrans inclinat ſe orans ſuppliciter ꝑ qđ
deſignatur humilitas xp̃i ⁊ obediẽtia in paſſio
ne. Deinde eleuat brachia ad denotandũ ꝙ ora
tio eius pro populo dirigitur ad deũ ſemꝑ pol
licẽ habendo coniunctum cum iudice quib⁹ cor
pus cõſecratũ tetigit vt ſi aliqua particula ho⸗
ſtie cõſecrate adhereat illis digitis nõ cadat et
hoc ob reuerentiã ſacramenti ⁊c. Quarta parti
cula eſt oratio dñica. Ibi pater noſter q̃ es ĩ ce
lis. vbi celebrans pro ſe ⁊ ꝓ populo facit ſeptẽ
petitiones. de quibus dictum fuit ſuperi⁹. capi
tulo de orone: ⁊ hoc ꝙtuꝫ ad ſcđam ꝑtẽ que eſt
ad materie cõſecrationẽ. ¶ Sequitur tertia ꝑs
miſſe que eſt ad materie cõſecrate ſumptioneꝫ:
ibi. Pax dñi ſit ſemꝑ vobiſcum: vbi ſacerdos ca
pit hoſtiã ⁊ eã diuidit attẽdendo diuiſioneꝫ in
ſpeciebus ſolum: ⁊ cũ vna ꝑticula ſup calicẽ cuꝫ
ſigno crucis dicit iſta verba: pax dñi ſit ſemꝑ vo
biſcuꝫ. cui reſpondet chorus: ⁊ cum ſpũ tuo. De
inde dicit ſacerdos, Agn⁹ ter, Super quo ſunt
aliqua notanda. primo eſt notandum ꝙ ſacer⸗
dos diuidit hoſtiã in tres ꝑtes. vt habetur đ cõ
ſe. di. ij. c. triforme. Una pars mittitur in calicẽ
per quã deſignatur corp⁹ xp̃i qđ iam reſurrexit
Pars altera comeditur ſeu ꝑcipit̃ a celebrante
per quam deſignatur xp̃s ambulãs ſuꝑ terram
pars altera reſeruabatur antiqu⁹: ꝑ quam deſi⸗
gnabatur corpus xp̃i in ſepulchro iacẽs: ⁊ idem
dicit Sergius papa vt recitatur in. iiij. ſen. di.
xij. Tamẽ hodie due partes ſicce comeduntur
ſeu ſumuntur vt notatur in capitulo cum mar⸗
the. de cele. miſſa. in glo. Loquẽdo myſtice ꝑs ĩ
calice poſita ſignificat ſanctos q̃ ſunt in patria
ſeu ſtatum triumphantiũ: ꝑs comeſta fideles in
terra viuentes ſeu ſtatuꝫ militantiũ: pars reſer
uata corpa ſanctoꝝ in ſepulchris iacẽtia ſeu ſta
tum in purgatorio ardentiũ ſm compendiũ ſe⸗
ptem ſacramẽtoꝝ. ſm vero cõpẽdiũ theologie
in. vi. libro. Iſte tres partes fiũt propter trini⸗
tatem ꝑſonaꝝ in vna eſſentia. vnde licet fiant
tres partes in diuiſione hoſtie: vnus tamen eſt
xp̃s totus ſub qualibet parte hoſtie. exemplum
habemus in ſpeculo quod ſi diuidatur in pl'es
partes in qualibet parte apparet imago q̃ pri⁹
apparebat in integro: vbi eñ eſt pars corporis
xp̃i ⁊ totum: quia quelibet pars hoſtie licet in⸗
tegre cõſecretur conuertitur in totũ corp⁹ nõ
pars in ꝑtẽ. de con. diſt. ij. c. vbi. ⁊ ca. dũ frangit̃
ea. diſt. Ul' fiunt tres partes ꝓpter tres ſtatus
xp̃i qui fuit mortalis mortu⁹ ⁊ immortalis: vel
fiunt tres ꝑtes ꝓpter tres ſubſtantias in xp̃o
ſcꝫ diuinitatis anime ⁊ corpis. vnde verſus in
glo. capi. cũ marthe. de celebratione miſſarum.
Hoſtia diuiditur in partes tincta beatos. Ple⸗
ne ſicca notat viuos ſeruata ſepultos. Secũdo
eſt notanduꝫ ꝙ cõmixtio vni⁹ ꝑtis ſanguine ſi
gnificat ꝙ corpus xp̃i ⁊ aĩa in reſurrectõe ꝯiũ⸗
cte fuerunt: q: deitas nunq̃ abfuit ĩmo ſemper
cũ aĩa ⁊ ſemꝑ cũ corpe. Tertio eſt notandum ꝙ
agnus dei dicit liberationeꝫ ꝑ miſericordiã di⸗
uinã: ⁊ triplicatur vt liberemur a malis p̃ſenti
bus p̃teritis ⁊ futuris: tamen agnus cantet̃ in
die iouis ſancta. ſ. in cena domini pax nõ datur
cauſa eſt ſm Innoc. quia in illa die verus agn⁹
ad immolandũ capitur. Ideo agnus cantat̃ ſed
pax negatur: quia illa die a diſcipulo mediante
oris oſculo traditur. In die veneris ſctã nec a⸗
gnus dr̃ nec pax datur ꝓpter dolorẽ paſſionis
In ſabbato ſctõ. ſ. in vigilia paſche ſeu reſurre⸗
ctionis nõ dr̃ agnus ſꝫ pax dat̃: ⁊ nõ dicit̃ agn⁹
q: in illa die fit memoria ĩ officio precedẽte de
paſſione: pax dat̃: q: miſſa illi⁹ diei ẽ de reſurre
ctione ꝑ quã fuit pax diſcipulis nunciata. vnde
v̾ſus. Agn⁹ cãtat̃ ĩ cena paxq; negat̃. Int̃ vtrũ



q; diẽ nec pax nec dr̃ agnus. Ante diẽ paſche
pax eſt nec dr̃ agnus. tamẽ iohã. beleth dicit ꝙ
in ſabbato pax nõ datur q: xp̃s qui eſt pax nr̃a
nondũ ſurrexit: ſꝫ agn⁹ dei dicit̃ ter cũ miſerere
nobis ꝓpt̃ renatos ſeu baptiſatos ⁊c. Inferi⁹
vbi eſt text⁹ ad hoc ſupplebũtur illa q̃ hic omit
tunt̃ ſcꝫ ibi in miſſa forma ⁊c. ⁊ ibi preſbiter hoc
ſacrat ⁊c. Seq̃t̃ quarta ꝑs miſſe q̃ eſt gratiarũ⸗
actiones. ſcꝫ a cõmuniõe vſq; ad finẽ miſſe. In
illa ꝑte ante poſtcõmunionẽ dicit celebrãs ali⸗
qua poſt ꝑceptionẽ corporis ⁊ ſanguinis xp̃i q̃
ſunt de gratiarũactionib⁹ q̃ cã breuitatis omit
to: ⁊ venio ad poſtcõmunionẽ q̃ ſignificat boni
operis cõſumationẽ vel gaudiũ qđ habuer̃t di⸗
ſcipuli poſt reſurrectionẽ xp̃i. Deĩde ſacerdos
ſalutat populũ ⁊ dicit orationẽ ſicut xp̃s poſt ce
nã celebratã cũ diſcipulis ſuis dixit hymnũ. De
inde iterũ ſalutat ſacerdos ppl'm ⁊c. ⁊ dyacho⸗
nus vel ſacerdos ſupplens vices ei⁹ licẽtiat ppl'ꝫ
dicẽs. Ite miſſa eſt. qñ maxie dr̃ gloria in excel
ſis deo. hoc ẽ dicere hoſtia miſſa eſt. i. ſacrificiũ
miſſũ eſt ꝑ angelũ ante ꝯſpectũ altiſſimi vbi ẽ
requies eterna. Ite igit̃. i. feſtina te ingredi illã
requiẽ iõ dicit ſacerdos. iube dñe hec ꝓferri. i.
vota fideliũ p̃ſtari ꝑ angeluꝫ in ſublime altare
tuũ. vel ſm magi. ſentẽ. xxiiij. di. iiij. Ite miſſa
eſt. i. ſeq̃mini hoſtiã q̃ miſſa ẽ ad celeſtia tendẽ
tes poſt eã. Sup his aliq̃ notanda. Primo ſm
rõnale eſt notandũ ꝙ corpus xp̃i miſticũ qđ eſt
eccleſia ẽ triplex ſcꝫ illud qđ eſt in celo glorifi⸗
catũ ſcꝫ ſcti q̃ ſunt in paradiſo. Iõ in miſſis q̃ ce
lebrant̃ in honore iſtorũ: q: ſunt in tuto dr̃ ite
miſſa ẽ. Aliud eſt corp⁹ xp̃i miſticũ qđ adhuc in
terra eſt. ſ. fideles q̃ ſunt in hoc mũdo: ⁊ ideꝫ q:
q̃diu hoĩes ſunt in hoc mũdo ſunt ĩcerti de ſua
ſalute. iuxta illud euang. Lu. x. Euntes ꝑ viã ne
minẽ ſalutaueritiſ. i. ſaluũ dixeritis. ꝓpter ea in
miſſis q̃ dicunt̃ ꝓ ſalute viuoꝝ ĩ fine dr̃ Bene
dicamus dño. iuxta. p̃s. Benedicã dñm ĩ oĩ tẽ
pore. Aliud eſt corpus xp̃i miſticũ qđ iã medio
criter ſe hꝫ cuiuſmõi ſunt fideles q̃ ſũt ĩ purga⸗
torio. Et iõ in miſſis q̃ dicunt̃ ꝓ talib⁹ ĩ fine dr̃
Requieſcãt in pace. i. per meritũ paſſionis xp̃i
ſanctoꝝ interceſſione eccl'ie ſuffragia ⁊ p̃cipue
per oblationeꝫ tanti myſterij liberent̃ a penis
purgatorij ⁊ requieſcant in et̃na requie vbi eſt
ſumma pax ⁊ tranſquillitas: q̃uis ſm doc. theo
lo. quelibet miſſa reſpiciat totũ corpus xp̃i mi⸗
ſticum: ſicut patet per triplicẽ hoſtie ꝑtitionem
de qua ſuperius extitit declaratũ. Secundo eſt
notãdum ꝙ altare ſumit̃ pluribus mõis. Uno
modo idem eſt ꝙ excellentia trinitatiſ Exo. xx.
Nõ aſcendes ad altare meũ per gradum. Alio
modo idem eſt ꝙ eccleſia triumphans Geneſis
xxxv. Edificauit tibi altare ⁊ vocabit nomẽ lo
ci illius dom⁹ dei Alio modo idẽ eſt ꝙ lex mo
ſayca. vnde. p̃s. Cõſtituite diẽ ſolẽnẽ in cõden⸗
ſis. id eſt in vmbra legis. vſq; ad cornu altaris.
Alio modo idẽ eſt ꝙ lex angelica p̃s. Altaria
tua dñe virtutũ. Alio modo idẽ eſt ꝙ incarna⸗
tio filij dei. Exo. xx. Altare de terra facietis mi
hi. Alio modo idem eſt ꝙ ſacramenta eccleſia⸗
ſtica Exo. xxix. Ungo altare in ſacrificatiõe ⁊c.
Alio modo idem eſt ꝙ deuoti cordis perfectio
Leui. vi. Ignis in altare meo ſemper ardebit.
Alio modo idem eſt ꝙ vnio catholica. ad He.
xiij. Habemus altare de quo non habent pote
ſtetem edere qui deſeruiũt tabernaculo. hic au
tem quando dr̃ ĩ ſublime altare tuũ ⁊c. intelli⸗
gitur de trinitate vel de eccleſia triumphante.
Deinde dicto ite miſſa eſt ſacerdos dat benedi
ctionẽ populo vt gratia quã credentes recepe
runt in oblatione tanti ſacramẽti maneat cum
eis ſemꝑ ⁊ in eis fructificet ⁊c. Declaratis iſtis
quattuor ꝑtibus miſſe eſt notãdũ ſm Innocẽ.
in li. de miſſa ꝙ in miſſa fiunt viginti quinq; cru
cis ſignationes: ⁊ fiunt in ſeptem vicib⁹: que ſi⸗
gnificant expreſſe paſſionẽ xp̃i prima vice fiũt
tres dicendo iſta verba hec dona hec munera
⁊c. que ſignificant xp̃i traditionẽ. Nam primo
fuit traditus a deo patre qu. eum in mũdum mi
ſit. vnde apoſtolus ad Gal. iiij. Cuꝫ venit pleni
tudo temporis miſit deus filium ſuũ ⁊c. Secũ⸗
do fuit traditus a Iuda ſcarioth. Iohan. xviij.
⁊ ĩ alijs locis. Tertio fuit traditus a iudeis. In
ſecunda vice fiũt quinq; crucis ſignationes di
cendo iſta verba benedictam aſcriptam ⁊c. que
repreſentant quinq; perſonas q̃ fuerũt paſſio⸗
ne chriſti ſcꝫ perſonã xp̃i venditi: perſonam iu⸗
de vendentis: ⁊ perſonas emẽtium qui fuerũt
pontifices ſcribe ⁊ phariſei. In tertia vice fiũt
due ſuper illud verbum benedixit quod verbuꝫ
dicitur primo ſuper panem. ſecundo ſuper vi⸗
num: ⁊ fiũt iſte due cruces ꝓpt̃ conuerſionẽ du
plicis materie: ſcꝫ panis ⁊ vini in corpus ⁊ ſan⸗
guinẽ: vel ad deſignandũ emptionem ⁊ vendi⸗
tionem. In quarta vice fiunt quinq; dicendo il
la verba hoſtiam puram hoſtiam ſanctã ⁊c. Et
repreſentãt quinq; vulnera que chriſtus pertu
lit in cruce. In quinta vice fiũt due cruces. vna
ſuper corpus. alia ſuper ſanguinẽ dicendo illa
verba filij tui corp⁹ ⁊c. ⁊ ſignificãt vincula qb⁹
xp̃s fuit ligat⁹ ⁊ flagella ſeu ſcorpiones qb⁹ fu⸗
it flagellatus. In ſexta vice fiunt tres dicendo
illa verba ſanctificas viuificas ⁊c. ⁊ ſignificant
tres crucifixiones quibus xp̃us fuit crucifixus
prima fuit linguis iudeorum. ſecunda fuit ſen⸗
tentia pylati. tertia fuit manibus militum. In

ſeptima fiunt quinqꝫ cruces dicendo illa ṽba
per ipm cū ipo ⁊c̄. tres illarū quinqꝫ fiunt cum
corpore ſuper calicem ⁊ due a latere ⁊ ſignificāt
